



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

Liber Quartus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS
DE HÆRESI PELAGIANA
LIBER QVARTVS.

Quo continentur dogmata ad vires
naturales bene vivendi
spectantia.

P R Æ F A T I O.



ACTENVS eas qualitates & conditiones hominis lapsi consideravimus, cum quibus nascitur in hoc seculo, & quæ ad naturam ejus videntur quodammodò pertinere. Nunc ad ea transeundum est, quæ operationes ejus spectant sive bonas sive malas.

Vbi primò quidem disquirendum occurrit, quid Pelagiani de libero arbitrio sentiant, sine quo nec benè nec malè vivi potest: sed quia latè sententiam eorum superius exposuimus, cum de primi hominis libertate tractarem, nihil addi opus fuerit, cum idem omninò de posterorum quoque viribus ac libertate sit judicium, utpote quam inseparabilem esse ab humana natura nulloque peccato amitti posse decernunt. Hoc autem eos de illa intelligere libertate contrarietatis, hoc est, de indifferentia ad bonum & malum, sive de potestate peccandi & bene vivendi, vitij virtutisq; sectandæ. Et quantopere necessitatem omnem seu determinationem ad unam dumtaxat istius contrarietatis partem quam coactionem dicunt horreant: quas liberi arbitrij vires supra omnes animi motus statuunt generaliter demonstravimus. Nunc alia nonnulla magis particulatim de peccato & bonis operibus & utrorumque principijs adjuvantibus tam internis quam externis indaganda sunt, in his enim propriè hæresis Pelagiana consistit.

Quid peccatum.

C A P V T P R I M V M.

MAGNVS Augustino cum Iuliano omnibusque Pelagianis atque acerrimus fuit de natura peccati ac definitione conflictus. Definuerat illud olim Augustinus, cum ante ortam hæresim Pelagianam contra Manichæos primam originem investigaret mali, esse, voluntatem retinendi vel consequendi quod iustitia vetat: & unde liberum est abstinere. Arripuit hanc peccati descri-

ptionem avidissime Iulianus, ac velut machinam invictam tuitus est, qua peccatum omne, ut ab Augustino asserbatur, everteret. *O lucens aurum in stercore!* inquit ille impudens, *quid verius, quid plenius dici à quoquam vel orthodoxy potuisset?*

Porro tota hæc definitio, sicut eam Pelagiani intelligunt, in illa plenissima humani arbitrij indifferentia ad bonum & malum quam

Lib. de duabus animabus. c. 11.

Lib. 1. operis imperf. cont. Iul. f. 37.

quam ipsi libertatem vocant, inculcanda ver-
satur: usque adeo ut nisi ipso illo momento,
quo movetur animus ad retinendum aliquid
quod jam habet, aut consequendum quod non
habet, sit liber, hoc est, indifferens ut absti-
neat ab illo animi motu, nullo modo pecca-
tum. imo nec voluntas, hoc est volitio esse
possit. Voluntas enim, hoc est volitio se-
cundum Iulianum, nihil est aliud nisi motus

Ibid. f. 38.

anmi in iure suo habentis utrum inferior ad prava
decurrat, an dexterior ad celsa contendat. Quod
ita essentialiter volitioni vult competere ut
subdat postea: nec est prorsus voluntas, ante-
quam velit, nec potest velle antequam potue-
rit & nolle. Ex quo fit ut per illam solam par-
ticulam voluntas, idem plane significari velit
quod per illam ultimam, unde liberum est absti-
nere. Itaque reddens eandem definitionem

Fol. 39.

proprijs verbis, peccatum, inquit, nihil est aliud
prater voluntatem excedentem ab eo velle cui debet
insistere, & unde liberum est non desistere. Quam
ultimam partem exponendo subiungit: Et
nusquam est, nisi in eo homine qui & habuit volunta-
tem malam, & potuit non habere. Plus tamen in-
telligit, quam dicit. Vult enim non tantum
posse non habere illam voluntatem malam, sed
etiam eodem momento haberi posse bonam.
Nec mirum, cum ille qui voluntate abstinere
a voluntate mala jam illo ipso habeat volun-
tatem bonam. Hoc enim est quod supra di-
xerat, in iure voluntatis esse positum, utrum
inferior ad prava decurrat, an dexterior ad celsa
contendat. Itemque quod adiunxerat, nec potest
velle, antequam potuerit & nolle. Unde alio in

Lib. 2. operis imperf. f. 428.

Lib. 1. operis imperf. f. 146.

loco definitivam edens sententiam docet non
esse libertatem, si non suppetat facultas eligendi boni
& cavendi mali. Et sine illis ambagibus aut
ambiguitatis cuiusquam furo: Nos dicimus quod
ab initio usque in finem sine aliquo naturalium coactu
voluntas & ante baptismum in unoquoque delinquit,
qua illo ipso tempore quo peccat, potestatem habet re-
cedere a malo & facere bonum VT CONSTET RA-
TIO LIBERTATIS. De qua indifferentia essen-
tialiter ad libertatem in Pelagianorum opi-
nionem requisita plura diximus cum de primi
hominis libertate tractarem. Hoc enim
Philosophicum dogma basis est totius doctri-
nae Pelagianae. Unde in summam colligens
quae de peccati definitione dixerat: Si nullum
est sine voluntate peccatum, si nulla voluntas, ubi
non est explicata libertas, si non est libertas ubi non
est facultas per rationem electionis &c. Vtriusvis
scilicet partis sive boni sive mali.

Lib. 1. operis imperf. f. 43.

Ex ista peccati descriptione duo consecta-
nea tamquam certissima colligit Iulianus.
Primum, nullam prorsus esse vel esse posse pec-
candi necessitatem seu arbitrij captivitatem
ad unam partem utpote quae ex diametro li-
bertati arbitrij, atque isti ad bonum & ma-
lum indifferentiae adversetur. Cum apud insti-

Ibid. f. 158.

tiam, inquit, causa agitur voluntatis, non pro-
nunciatur rea qua aliud velle non potuit, nempe bo-
num. Et iterum: In necessitatis azulo collocatos
non potest male convincere voluntatis: quod per
oppositum magis illustrando, subiungit: Res

A voluntas contrahitur peccatoris, quia potuit uti que-
tam boni velle, quam malum voluit. Et alio in
loco: Sin autem (arbitrium) liberam ante ad
bonum non fuit, & saltem est post lapsi ma liber. m
ut malum faceret non potuit, nunquam quidem ei ad-
fuit arbitrium liberum, & probatur sine autem ante
peccasse, & postea sine cura salutatis gloriam pos-
sidere. Quo collecto & nunciis usque r. dogmata tua,
ut promittas te liberum a bitrom n n n g. are, quod
ante mali postea b m necessitate subvertit. Ex qui-
bus fatiatissime, ut arator, liquet, & plu-
ribus si opus esset liquere posset Pelagianos es-
sentialem omni peccato statuere illam indif-
ferentiam arbitrij ad malum & bonum, idque
ideo quia essentialis est libertati, sine qua ne-
que peccatum neque ipsa voluntas sive volitio
esse aut cogitari potest: Atque hoc esse
quod in peccati definitione dicunt, unde libe-
rum est abstinere.

Ibid. f. 38.

B Aiterum quod ex illa peccati ratione col-
ligunt ex priore sequitur non posse per iusti-
tiam peccatum homini imputari nisi illo quo
dictum est modo sit liberum. Quae definitio, ait
Iulianus ad intelligentiam quoque in i. iam. et. pe-
nitentiam, ut certum a qua t. m. divon. n. et. q. an-
stare iudicij, nisi illud imp. a. sei. unde liber. m. sus-
set ei qui propter hoc a jagatur, a stinere: quod
sa p. s. l. i. m. in i. s. d. e. m. l. i. b. r. i. s. r. e. p. l. i. c. a. t. u. r.
Unde utrumque definitionis suae corollarium una
sententiae complexione coniungit. Nam si non
imputat iustitia, nisi unde liberum est abstinere, &
ante baptismum necessitate mali est, quomodo v. l. i. b. r. a. s.
sicut dixisti ad faciendum bonum non est libera p. r. i. e.
hoc aliud agere non potest, nisi malum ab i. s. a. n. c. t. a.
mali ipsa quam parit. r. necessitate desidi. ur, quonia
apud eam iustitia g. a. v. a. r. i. op. r. i. b. u. s. s. u. i. s. non potest, quia
n. m. imputat mal. m. nisi unde liberum est abstinere.
Et quibus verbis etiam luculentius id elucet
quod supra monstravimus: per mai necessitatem
apud Pelagianos nihil aliud intelligi nisi talem
arbitrij determinationem ad malum, ut non
adit ei potestas faciendi boni: per quam uti
putant, libertatem opprimi atque tolli, ita &
peccatum penitus evanescere.

Lib. 2. operis imperf. f. 21.

Lib. 1. f. 159.

Hinc est quod fractam esse libertatem clament,
si illa bicornis auferatur indifferentia ad bo-
num & malum. Hinc eversam adeoque maneam
esse libertatem quasi altero pede claudican-
tem, si non sit ei possibile tantummodo malum facere,
non hoc habeat in facultate, electionem partis alte-
rius, id est recedere a malo & facere bonum, sed mi-
quistatis necessitate depressa appetentiae criminum pa-
rere compellatur. Hinc est quod si talis ingruat
peccandi necessitas, naturalia conquerantur
fieri quae fuerant voluntaria.

Lib. 2. operis imperf. f. 310.

Lib. 2. f. 309.

Ibid.

Ex quibus facile est intelligere, eandem
indifferentiae libertatem ad voluntatem etiam
bonam & opus bonum, esse prorsus necessa-
riam. Cum enim & illa omnino voluntas sit,
necesse est etiam ut sit motus animi in iure suo ha-
bentis, utrum inferior ad prava decurrat an dexte-
rior ad celsa contendat, quam voluntatis esse
apud Pelagianos definitionem supra dictum
est. Necesse est ut in illa quoque locum habeat
quod Iulianus dicit: Non potest velle antequam
potue-

Vide supra.

potuerit & nolle. Vnde ne quid de illa scrupuli remaneret sine ullo discrimine de utraque voluntate pronunciat: Quod, arbitrium liberum, ante mali, postea boni necessitate subvertitur. Indicans eadem penitus ratione uti mali necessitate rationem peccati, ita boni necessitate boni operis rationem extingui. Nam isti indifferentia ad bonum simul & malū eque capitaliter alterutrius partis necessitas inimica est; quod signifi-

Lib. 1. oper. cat Iulian. quando dicit non ita gratiam operari imperf. cont. ut fabricetur qua fuerat ad utroque distincta liberum ut aliquando ea exclusa vel boni vel mali cuiquam necessitas credatur incumbere, verum ut arbitrio libero omne adiut. rium cooperet. r. Et quādo alio in loco

Ibid. f. 121. clamat: Possibilitas est ad hoc solum excubans ne homo vel in peccatum a quoquam impellatur, vel a peccato abstrahatur voluntate captiva, quam non posse capi si deus ipsa noluerit, testatur fortitudo &c. Quod alibi efficacissime brevissimeque expressit: Quod captivum est liberum non est, quod liberum est, captivum non est. Nam captivum, hoc est ad unam partem boni vel mali esse necessitatum sive determinatum, ita ut non possit contrarium, vult esse contradictorium liberi: duo in a

Fol. 123. que iungit, inquit idem Iulianus, liberum, & non liberum, id est liberum & captivum, illi quidam rei de qua agimus (id est libero arbitrio) convenire non possunt. Tibi vero stultitiam singulari impud. n. tiam novam, impietatem veterem adesse testantur.

Ex quibus iam facile est intelligere cur tan- topere Pelagiani divinæ gratiæ necessitatem horruerint; ad volendum atque operandum

A bonum. Duas namque istius rei causas invenio, de quibus latius alibi differendum erit. Vna est gratiæ illius absentia, nam cum illa gratia Dei à liberrima donantis voluntate pendere doceretur, paucique concedi, atque ita tamen esse necessaria ut sine illa nihil penitus appeti vel agi posset boni necessario consequi videretur, altera illius bicernis indifferentiæ parte sublata, solam superesse in homine qui caret gratia necessitatem mali. Quem Pelagianorum sensum nonnulla loca quæ iam jam allegavimus, sine ulla ambiguitate declarant & sapius Iulianus in libro primo operis imperfecti adversus Augustinum stomachatur. Altera est gratia illius presentia præsertim si voluntatem nolentem oblinatamque præveniat hæc liquidem præcaeteris omnibus Pelagianam torquet superbiam; videtur enim aperte sequi, hominem invitum ad bonum cogi, hoc est, determinari, captivari, necessitari, si nolentem gratia voluntatem impellat ad bonum. Quid enim est aliud cogi, nisi ad aliquid faciendum ab alio inclinari reluctante voluntate? Vnde ex opposito capite libertas tollitur, quia si sic ad bonum voluntas à Deo per gratiam cogitur & impellitur, iam nulla superest in illo momento indifferentia ad faciendum aut volendum malum, quia voluntas ponitur per gratiam determinata ad bonum. Sed de utroque capite infra fusius, hic enim annotasse sufficit.

Nulla peccandi infirmitas in homine.

CAPVT SECVNDVM.

QVÆ cum ita generaliter statuant Pelagiani de illa indifferenti ad peccandum & non peccandum libertate, dubitari non immerito potest quid de peccandi facilitate atque pronitate, quam infirmitatem dicimus, seu bene agendi difficultatem sentiant.

Iam supra diximus cum de ignorantia tractarem Pelagianos Augustino teste docuisse ignorantiam & difficultatem sine quibus nullus homo nasci r primordia non supplicia esse natura. Quod non ita intelligendum est quasi significare voluissent aliquam ex ipsa natura beneviviendi difficultatem inscribi vel adnasci ignorantiam, per quam in peccatum præcipitemur, sed tantummodo ipsas concupiscentias atque passiones & ignorantias parvulorum, ex quibus secundum Catholicos beneviviendi difficultas & peccandi pronitas oritur sic esse naturales, ut tamen nullam bene vivendi difficultatem afferant. Verba namque quæ citavimus non Pelagij sunt vel discipulorum eius, sed Augustini. Magno enim vaniloquio loquacitas Pelagiana contendit, laudabilem illam naturam hominis nihil in se protus continere, quo præcipitemur in malum, vel quod

A spiritui repugnando abascendendo virtutum omnium culmine remoretur. Audi Pelagium invicta ut putat hoc ratiocinatione colligentem: Quis fecit homini spiritum? sine dubio Deus. Apud Aug. Carnem qui creavit? Ideo credo Deus. Bonus est lib. de anima qui utrumque creavit Deus? Nihil dubium est. Et gratia verumque quod bonus aut hoc creavit ben. in e. Con. 6. 54. fitendum est. Si igitur & spiritus bonus & caro bona ut a bono auctore condita, qui fieri potest, ut duo bona possint sibi esse contraria? Ecce sublatam radicem omnis difficultatis, contrarietatem carnis & spiritus, qua remota, quid homini arduum esse possit, cum quicquid agendum sibi proposuerit solo id voluntatis nutu fiat? Nihil enim spiritui bonum volenti contrarium est, quo reluctante seu in malum impellente non fiat. Vnde Pelagius in Epistola ad Demetriadem: Ab hac eam (naturam) tantummodo invidiam vindicamus ne eius vitio ad malum videamur impelli. Tātam enim statuit subinde naturæ integritatem & ad bene vivendum facilitatem antequam consuetudinum perversarum pondere degravetur, ut eam teste Augustino cum peccandi facilitate aqua lance perpenderet Quo sane sensu illam secularis authoris vocem: falso quaritur de natura sua genus humani, toto

opera f. 310
lib. 7.
309
Lib. de bene. per se. c. 11.

Apud Aug. lib. de anima
Con. 6. 54.
Epist. 106.
ad Paulin.
versus fin.
Saini, in
prolog. Iu.
Martino.

Lib. de nat. & gratia. toto libro quem refellit Augustinus, quantis potuit disputandi viribus exaggeravit, hinc illa cōmunissimæ contra Catholicos invective quod in natura invidiam conversationis sordes re-
Lib. 3. cont. Inl. 6. ult. fundarent. Quod delectaret eos causari imbecillitatem
Lib. 2. cont. Inl. operu. Celest. lib. de perfect. Inl. 6. natura dicere carnem congenitis obnoxiam esse peccati nec in voluntate hominis emendationis esset. in lo-
care. Sola enim voluntate facile hoc fieri posse dicunt, cum persacile voluntas possit voluntate mutari. Nam si peena cuiquam ostenderetur aut gloria, aut contra, incommodum, aut voluptas quorum acerbicere sensu animus in-

A horresceret, aut levioere mulceretur, hoc non tam vehementem impulsus, aut necessitatem partis alterius, quam occasionem dūtaxat esse volent, qua pro nutu suo in quamcumque placuerit partem voluntas utatur. Hoc enim vult illud occasionis, vocabulum, quod lubentissime usurpare Pelagiani solent. Vnde contra istam Pelagianam superbiam Augustinus: Sed tu tanquam in calidam inter Angelos immortalius habitans verba infirmitatis & mortalitatis irrides.
Inl. lib. 1. oper. imperf. f. 36.
Lib. 6. cont. Inl. c. 13.

Peccandi infirmitas non potest infligi à Deo in pœnam præcedentis peccati.

CAPVT TERTIVM.

NE QVÆ verò tantum nullam peccandi infirmitatem homini insertam esse, sed neque veluti pœnam peccati præcedentis à Deo infligi posse, contendunt. Nam medicus, inquit Pelagius, ad curandum iam vulneratum paratus esse debet; non debet autem ut sanus vulneretur optare. Addit, non debuisse hanc aegritudinem contrahi peccatis, ne ad hoc esset ista pœna peccati, ut comitterentur plura peccata. Nam quod valde absurdum videtur, sequeretur, materiam peccati esse vindictam si ad hoc peccator infirmatus est ut plura peccaret. Sed longius multo pergit discipulus eius Iulianus. Nam de libidine differens, quæ inter concupiscentias peccandi que aegritudines non potestrema est, eam etiam laudabilem fore putat velut ultricem sceleris, ac ministram Dei, si iniquitatem veluti pœna consecuta crederetur. Iusta libido, ait error ille, & laudis præconio prædicanda, si eum qui Deo non obediit, illi non obediendo (hoc est sua contra voluntatem aut spiritum rebellionem) punivit. Et paulò post: quia nihil ea potest laudabiliter estimari, si iniquitate ultia commissa est (iniquitatem ultia commissam, legendum puto.) Si vindicavit iniuriam Dei & quia ita consortium peccati non habuit ut officium vindicantis assumeret. Et quia pudicitia contra istam

A infirmitatis plagam dimicat, sic arguendo inferebat: Si libido pœna peccati est abiciendam esse pudicitiam ne rebellis in Deum castitas illatam ab eo deestur evolvere sententiam. Qua subtilitate, pistillo videlicet obtusiore, dicit alibi: Si res qua decemey ordinata est, ad Deum pertinet, & res qua ad Deum pertinet bona est, bonum est itaque subditum esse diabolo. quoniam institutus à Deo per hoc ordo servatur; sequiturque ut malum sit rebellare diabolo quoniam per resurrectionem institutus à Deo cydo turbatur. Quæ verba eo tendunt, ut probet neque diabolo neque libidini esse resistentium si Deo ordinata neque puniente peccatum, homo demoni atque libidini veluti pœnæ divinitus inflictæ subditus nascitur. Ne verò sine gravi causa negasse videntur peccandi infirmitatem esse posse peccati pœnam fundamentum huius opinionis Pelagius protulit: Primum, inquit, deo disputandum est quod per peccatum debilitata dicitur & immutata natura. Vnde ante omnia querendum puto, quid sit peccatum, substantia aliqua, an omnino substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed perperam facti actus exprimitur. Deinde adiungit: Credo ita est. Et si ita est quomodo potuit humanam debilitare vel immutare naturam, quod substantia caret?

Malæ consuetudines difficultatem bene vivendi afferunt.

CAPVT QVARTVM.

QVÆ quamquam ita generaliter Pelagiani statuunt, unanimi tamen consensu jam inde ab initio hæresis usque in finem docuerunt, malorum hominum imitatione & actuum frequentatione malas consuetudines contrahi, quæ animo ita firmiter inhaerent, ut etiam secunda natura vocarentur. Has esse solas quæ voluntati bonæ resisterent; Neque verò, ait Pelagius, alia nobis causa difficultatem benefaciendi facit, quam longa consuetudo vitiorum, qua nos infecit à patre,

A paulatimque per multos corripuit amos, & ita postea obligatos sibi & addictos tenet ut viam quodammodo videatur habere naturæ. Omne illud tempus, quo negligenter edocti, id est, ad vitia eruditissimi &c. Nunc nobis resistit, contraque nos venit & novam voluntatem impugnat usus veteris. Et post ipsum Iulianus: Ille enim in membris legem per flagitationis usum sanctis consiliis inter principia tamen emendationis rebellis consuetudinem malam vocabat, quæ ab eruditissimis etiam seculi dici solet esse secunda natura. Nempe propter inhaerendi infirmitatem, propter

Epist. ad Demet.

Lib. 1. oper. imperf. f. 94.

propter quam generaliter de omni affectionali qualitate, quo nomine & consuetudo comprehenditur, definit idem Iulianus, eam ex

Lib. 6. cont. maioribus etiam causis ita inhaerescere, ut aut magnis molitionibus, aut nullis omnino separantur.

Hinc maximas bene vivendi difficultates nasci, cum vel sobrii tantisper essent à Pelagiana vertigine, vel premerent acrius ingenue fatabantur.

Nam Pelagius confitetur: *Humana rationi velut quando in caliginem longo usu peccandi obducitur.*

Ibid. Confitetur per eum bonum naturam quodammodo

Pelag. lib. de obrui. Confitetur hominem nimia visorum consuetudine velut quadam tenere necessitate peccandi, &

Aug. lib. de grat. Christi c. 37. quamvis bonum appetere voluntate, usum tamen precipitari in malum. Confitetur in plenitudine temporis neminem potuisse legem per maiam consuetudinem custodire. Confitetur hoc sensu nos esse

In Comment. c. 4. ad Gall. num. 3. natura filios iræ, quia, iræ nos fraternæ traditionis consuetudo pisse lerat. ut omnes ad damnationem nati

In Comment. c. 2. ad Ephef. num. 8. videremur. Et sanè quid aliud sibi vult secunda natura, quod confituntur nomen uterque

Pelagius & Iulianus tribuunt nisi tam pertinacem esse consuetudinis contra voluntatis impetus resistentiam, quasi naturæ ipsius cardines convellere ac transferre niteretur? Quam doctrinam eorum intuebatur Augustinus, quando retorquens eorum tela dicit ipsos Pelagianos quandam peccandi infirmitatem imò necessitatem inducere, adeoque liberum bene

vivendi arbitrium tollere. *Sed vos, inquit, ista peccata (consuetudinis) ex illis venire peccatis quamvis a necessitate commissa sunt in illo saltem conceditis qui dicit, quod nolo malum hoc ago. Qui enim ut istam patitur necessitatem non nisi peccandi consuetudine primitur, procul dubio priusquam peccaret nondum necessitate consuetudinis premebatur. Ac per hoc etiam secundum vos peccandi necessitas unde abstinere liberum non est illius peccati pœna est, à quo abstinere liberum fuit quando nullum pondus necessitatis urgebat. Ex libro secundo operis imperfecti: Sed & tu cum dicere soles in his Apostolicis verbis violentiam male consuetudinis exprimi, quid*

Lib. 1. oper. imperf. cont. Lib. f. 155.

Fol. 222.

A est quod modo dicere voluisti &c. cum videas quam sit voluntas ei infirma qui dicit, non quod volo ago.

Utrum saltem quælo permittit divinum posere auxilium in quo defecisse certus sum v. l. m. t. a. s. a. b. i. r. r. u. m.

Ex quibus liquido apparet, quam splendide sibi ipsis contradixerint Pelagiani, in asserendis peccatis consuetudinis ejusque superandæ difficultate. Tria enim sua simul dogmata uno ictu subruunt, quibus docent, primò nullam esse peccandi infirmitatem multoque minus necessitatem; Deinde, eam præcedentis peccati esse non posse supplicium; Denique semper liberum remanere arbitrium quo quælibet peccata superentur. Notavit & alibi hanc dogmatum suorum suffocationem Augustinus:

Nam ubi mala consuetudinis voces esse conceditis, atque ita voces vestri dogmatis suffocatis, dic, si audes, quomodo volentati huius liberum sit abstinere à malis ubi audes non quod volo ago. Aut vega malum, ubi audes, non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago.

Et alio in loco: *Si propter malam consuetudinem, sicut sapienter, clamat homo, non quod volo bonum, facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago: certe vel in isto fatemini humanam voluntatem vires bonorum operum perdidisse.*

Cui nisi divina gratia subveniat adiuturum quid ei prodest copiosum & ornatum cuiuslibet exhortantis eloquium.

Sed in istas angustias præcipitati sunt, dum clarissimæ veritatis lumen fugiendo fateri nolunt, in illo Apostoli loco, scio quia non habitat in carne mea bonum, totoque illo disputationis contextu significari concupiscentias aliquas malas, sive libidines, veluti pœnam à Parentibus tractam in membris delitescere quæ militent adversus animam, ac spiritui resistendo prælium suscitent, contra quos Christianus miles invocet Salvatoris auxilium ut liberetur à corpore mortis hujus, Totum enim errorem suum Pelagianum hac unica confessione jugulassent, ut Augustinum libro secundo contra Iulianum notasse jam supra diximus.

Lib. 2. oper. que ita voces vestri dogmatis suffocatis, dic, si audes, imperf. f. 245

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Lib. 2. f. 2

Vnum peccatum non est pœna alterius, & quomodo Deus tradat hominem desiderijs suis.

CAPVT QVINTVM.

Quæ sanè Antilogia Pelagianorum qua peccandi necessitatem ex consuetudine venientem illius peccati pœnam esse consistitur à quo abstinere liberum fuit quando nullum pondus necessitatis urgebat eo notabilior est, quod magno argumentorū strepitu contendere soleant ad dirumpendos originalis peccati laqueos, falsissimam esse doctrinam Catholicorum, qua ex scripturis docent, unum peccatum divino iudicio sæpè alterius esse supplicium sive damnandi prædestinati sint, in quibus ita vindicat Deus propter iniquitatem superbiam, sive contra ipsam superbiam iudicandi & erudiendi, si filij sint misericordiam. Sic enim contra Pelagianorum fastum dicimus, necessarium fuisse

homini ad auferendum superbiam vel gloriæ occasionem, ut absq; peccato esse non possit.

Absurdissimum, inquit Augustinus, & stultissimum peccatum fuisse necessarium, ne peccatum esset, hoc enim perinde esset ac si diceretur, necesse est peccare ne pecces.

Nam & ipsa superbia sine dubitatione peccatum est, imò verò, inquit Pelagius, tam peccare superbiere est quam superbiere peccare.

Quod Pelagius ita probat: *Omne peccatum, nisi fallor, Dei contemptus est. & omnis Dei contemptus superbia est. Quid enim tam superbum quam Deum contemnere? Omne ergo peccatum & superbia est, etiam Scriptura dicente, initium omnis peccati superbia est. Adhibet & similitudinem ad demonstrandam absurditatis magnitudinem: quid*

Lib. de nat. & grat. c. 27

Lib. 2. c. 28.

Lib. 2. c. 29.

Lib. 2. c. 29.

amplius dicam nisi quia potest credi, quod ignes ignibus extinguntur, si credi potest, quod peccati peccata curentur.

Lib. de nat. & gratia c. 24. Ibid. c. 27. Ibid. c. 30.

Tribus vero potissimum argumentis nititur ut istam veritatem expugnet. Primum est, quia, nullum malum boni alienius est causa. Alterum, quia Deus omnia potest sanare. Tertium quia non potest humilis homo fieri propter peccatum quod ipse non facit. Quod Pelagius his verbis excutitur: quomodo Deo pro illius peccati reatu subditus esse poterit, quod suum non esse cognoverit? sum enim non est, si necessarium est, nempe per Dei vindictam illatum. Aut si suum est, voluntarium est, & si voluntarium, vitari potest.

Rom. 1.

Sed apertissimus ille Apostoli locus, quo toties dicit inculcatque vehementissimes, propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam: propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie. Tradidit illos Deus in re, non in sensum; magnopere oculos eorum crebrabat, pertinaciamque terrebatur. Quem propterea multis modis eludere ac detorquere studuerunt. Nam Iulianus primo ea voluit hyperbolice esse dicta; cum invehitur, inquit in prophetam crimina peccatorum ea nominibus aggravavit, quantumque peccatorum suorum virtutum omnium domicilio turpitudine horret ostendens, non tam reos quam damnatos sibi tales ait videri. Probans autem nullam hic intelligi posse veram traditionem: Iam enim, inquit, flagitiorum desideria astutabatur. Quomodo ergo per potentiam tradentis Dei putandi sunt in talia facta cecidisse. Deinceps verum etiam traditionis modum ex officina Pelagiana proferens subiungit postea: Cum desideria suis tradit dicuntur, relictis per divinam patientiam intelligendi sunt, non per potentiam in peccata compulsi. Hoc est ut Augustinus infra videtur exponere, Deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem prabendam cum sunt. Ad hoc enim afferebat illud Apostoli; Bonitas Dei ad penitentiam te adducit, quasi diceret, hæc ipsa tonitas Dei & patientia qua tradit hominem desiderijs nolens peccatorem huic vitæ in ipsi scelerum perpetracione subtrahere, non modo non est peccati pœna, sed potius beneficium quo ad penitentiam adducatur. Quem esse Iuliani sensum clarius ex libris operis imperfecti colligas: ubi cum eundem Apostoli locum adduxisset per bonitatem Dei illam ipsam patientiam ac longanimitatem intelligit, qua excrucietur cum non extinguitur, inquit, tempore expectatur humana conversio.

Lib. 5. cont. Iul. c. 3.

Ibid.

Ibid.

Ibid. c. 4.

Ibid. c. 4. initio.

Lib. 1. oper. imperf. 83.

In Comment. c. 1. ad Rom. no. 60. & 67

Ibid. n. 60.

Eundem traditionis modum, quo per longanimitatem & patientiam non inducendo vindictam patitur eos Deus secundum cordis sui agere voluntatem. Iuliano præformavit Pelagius, & aliquoties in expositione illius Apostolici contextus inculcat. Quod facit, inquit, volens eos ad penitentiam converti. Quamquam & alium traditionis modum Pelagius in ipsdem Commentarijs designaverit ac protulerit. Tradere, ait ille, in Scripturis dicitur Deus, cum non retinet delinquentem propter arbitri libertatem, sicut in Psalmo dicit: Et amisit eos secundum desideria cordis eorum. Quod

alio in loco clarius exprimit, nam ut exponeret quo pacto det spiritum compunctionis Deus, Deum dicit ex usu Scripturarum tradere aut dare, propterea quia ipse est qui dedit libertatem;

In c. 11. ad Rom.

quam scilicet non à peccatis retinendo nec peccatorem vitæ succisione sceleribus subtrahendo peccare permittit. Nullum ergo iudicium Dei in huiusmodi traditione vel datione spiritus compunctionis agnoscunt; nec alio fere hoc modo fieri putant quam quo dat etiam spiritum fidei, libertatem videlicet ad utrumque largiendo. Nam Pelagius eum dixisset: Dei ergo dare, spiritum compunctionis, permittere; mox subiungit, nam si voluissent spiritum fidei accepissent. Et paulo post eum Deum tradere dixisset, quia libertatem dedit, que nempe suo se arbitrio flecteret in quacumque partem videretur; adijcit etiam pro utraque: Hæc non facit eius patientia quoniam non statim peccatum inserit vindictam, nec bonum premium.

In c. 11. Rom. n. 17.

Ex quibus jam facile intelligas quid sibi velit Iulianus quando Deum dicit tradere desiderando. Non enim intelligit phrasim illam ut Catholici solent, quasi Deus gratiam suam subtrahendo, diabolum immitendo, aliisque occultis ac mirabilibus modis ex profundo iudicio potentiaque venientibus peccatores ita suis desiderijs traderet ut fiant eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & suppliciorum merita futurorum; sed hoc dumtaxat quod eos tradat sinendo libertatem datam sine retinaculo, sine pœna perpetrare quilibet quasi hominem deseruisset Deus: non tonitatem aliquam subtrahendo sed potius longanimitatem largiendo quæ delinquentes ad penitentiam præstolatur. Hæc enim omnino principia Pelagiana postulant: quæ sicut hominis arbitrio nihil à Deo veræ internæque gratiæ immittit statuunt, ita nec deferendo subtrahi. sed irretentam solummodo impunitamque libertatem Deo longanimitate expectante pro sua indifferentia huic illuc volvi atque revolvi. Hoc est enim quod Pelagianam illam subtilitatem irridendo dicit Augustinus: Quis vero ita desipiat, ut cum audiverit quod in Psalmo canitur; ne tradas me Domine à desiderio meo peccator: hoc dicat orasse hominem ne Deus sit patiens erga illum, si Deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem prabendam cum sunt?

Lib. 5. cont. Iul. c. 4. dicit quod in Psalmo canitur; ne tradas me Domine à desiderio meo peccator: hoc dicat orasse hominem ne Deus sit patiens erga illum, si Deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem prabendam cum sunt?

Sed quantalibet cæcitate & perversitate Iulianus ad veritatem niteretur, subinde tamen tenebris ejus, veluti fulgure intermicante, vel invitus vel imprudens ad ejus confessionem impulsus est. Nam quodam loco laudat altitudinem sapientiæ & scientiæ Dei, qui ex ætate futuram operum retributionem ex multa parte liberum arbitrium formam voluit implere iudicij. Iustissime enim sibi bonus homo malusque committitur, ut & bonus se fruatur utique in opere bono, & malus seipse patiat utique in opere malo. Quod profecto illi & peccatum est, quia malum facit, & pœna peccati quia malum se patitur, ut notat August. Quod clarius professus est ipse Iulianus alio in libro cum dicit: Invidia protinus ipsi de quo oritur

Lib. 5. cont. Iul. c. 6.

Ibid.

Lib. 6. c. 1. vexat

peccati auctorem. Et cum defensionem populi Romani quæ libero arbitrio facta fuerat insul- tabundus vocat ultionem Dei. De quibus tam luculentis antilogis Augustinus; An tandem aliquando concedis quod obstinatissima contentione negaveras, occulto Dei iudicio fieri ut in ipsis hominum voluntatibus inveniatur aliquid quod & peccatum sit, & poena peccati? hoc enim nisi in ipsa tua sententia sapuisse, nullo modo factum hominum ultionem Dei esse

dixisses. Et alibi: Meministi me quandoque disputare contra lucidissimam qua per Apostolum de prom- pta est veritatem, affirmans nullo modo esse posse ali- quid, quod & peccatum sit & poena peccati? Quid est ergo nunc quod obliuis tanta loquacitate tua? &c. nempe Haeretici dum arma sua vana & obtusa jactanter ventilant, quæ feriantur, nudare solent, & seipfos, dum alios terriant, graviter vulnerare.

De virtute & operibus bonis.

CAPVT SEXTVM.

SED sicut in peccati intelligentia, ita & in explicatione virtutis ac boni operis novam doctrinam sectati sunt Pelagiani. Quæ ut intelligatur obseruandum est in omnibus fere bonis operibus maxime externis duo posse distingui, officium & finem. Officium est id quod agitur, ut vestire nudum, pascere pauperem, concupiscentiam continere, & similia quæ esse videntur bona: Finis, id propter quod agitur. Pelagiani igitur bonum opus esse statuunt officium nudum per se consideratum, & ab omni finis intentione sèunctum, ex cuius appositione volunt fieri ut homo vel temporale præmium vel æternum in celo consequatur, prout in creaturam aliquam vel creatorem veluti finem opere suo colligaverit. Hoc dicebant esse fructuose bonum, illud sterilitur. Quapropter Augustinus de Iuliano: *Quæ tu non attendens, fines ab officiis separasti, & virtutes veras officia sine finibus appellanda esse dixisti.* Sed ipsum audiamus disertè hoc explicantem Iulianum: *Cunctationem*, inquit, *origo virtutum, in rationabili animo sita est. & affectus omnes per quos aut fructuose aut sterilitur boni sumus, in subiecto sunt mentis nostræ prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo. Horum igitur affectuum vis cum ipse omnibus naturaliter, non tamen ad unum finem in omnibus properat, sed pro iudicio voluntatis cuius nutum seruiunt, aut ad æterna aut ad temporalia diriguntur. Quod cum sit, non in ea quod sunt (nempe virtutes, seu affectus virtuosi ac boni) non in ea quod agunt (bonum scilicet opus) sed in eo solo variant quod merentur. Nec nominis sui possunt nec generis sustinere dispendium (quasi non essent veræ virtutes vel eo nomine non essent nuncupandæ) sed solius quod appetiverunt præmii aut amplitudine litantur aut exilitate frustrantur, hoc est, ut exponit Augustinus, terrenorum commodorum fructu non caelestium præmiorum. Ex quibus clare videmus ad discernendum, juxta Pelagianos utram aliquid sit vera virtus & verum opus bonum, hoc tantummodo intuendum esse quod agitur, non causam quæ recadam esse cur agatur. Affectus enim illos quos homini vult esse naturaliter inritos, etiam tunc dicit esse bonos & per eos hominem bonum, quando ad temporalia commoda diriguntur: eosque etiam tunc vocari atque esse prudentiam, iustitiam, temperantiam, ac fortitudinem. Vnde*

fane consequens est quod Augustinus obser- vat, ut verà sit avarorum prudentia, qua exco- gitant genera lucellorum: & avarorum iusti- tia, qua gravium damnorum metu facilius nonnunquam sua continent quam usurpant aliquid alienum: & avarorum temperantia, qua luxuria quoniam sumptuosa est cohibent appetitum, soloque necessario victu tegumen- toque contenti sunt: & avarorum fortitudo, qua ut ait Horatius: per mare pauperiem fu- giunt, per saxa per ignes. Nec aliud erit quam vera iustitia Catilinæ comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus cem- municare quod habebat: & fortitudo vera erit ejus, quod frigus, famem, sitim ferre poterat: & vera patientia quod patiens erat me- dia, algoris, vigilia, supra quam cuiquam cre- dibile est. Ex quibus principij: apud Pelagia- nos fixum atque indubitatum erat, inter Eth- nicos veras esse posse & fuisse virtutes. Nam de Fabricijs, Camillis, Regulis, ac Scipionibus agens Iulianus: *Erunt ergo, interrogat, in dam- natione sempiterna, in quibus erat vera iustitia? quæ si diceret, nequaquam. Ideoque tam absur- dum esse negare illas esse veras virtutes ac si quis corpus Ethnici, corpus esse negaret. Si dicatur, inquit, quia castitas infidelium castitas non est, eadem fronte dicitur, quia corpus Paganorum corpus non sit, & deuli Paganorum sensum non habeant intuendi: & frumenta quæ in Paganorum nascuntur agris frumenta non sint: & multa alia quæ tanta absurditatis sunt, ut visum possint intelli- gentibus commovere.*

Ex hac virtutum ac boni operis descriptio- ne originem habet quod ad veram virtutem sive ad bonum opus nullo modo Christi fidem statuerent esse necessariam. Nam & Iulianus & omnes communiter Pelagiani impiorum exempla proferebant & Catholicis oppone- bant, quos dicebant alienos à fide Christi abun- dare virtutibus, in quibus sine adiutorio gratia solum est natura bonum licet superstitionibus man- cipatum, qui solis libertatis ingenta virtutes, & mi- sericordes crebro & modesti & casti inveniuntur & sobrii.

Multò verò magis vera peccata esse perne- gabant, si quod talium operum moralium sine fide Christi Ethnici facerent. Hinc idem Iu- lianus: *Si gentilis nudum operuerit, periclitantem liberave-*

Liberaverit, agri vulnera soverit, divitias honesta amicitia in peccatis, ad testimonium falsum nec tormentis poterit impelli, nunquid quia non est ex fide peccatum est? Fatebantur tamen non esse opera perfecte bona sed sterilia imperfecta ac defensiva, quia temporalis dum taxat præmij meritoria quod operans intendendo spectaverat. Hoc enim supra claris verbis Iuliani expressum est, & sese explicando inculcat quando dicit: Ego steriliter bonos dixi homines qui non propter Deum faciendo bona qua faciunt non ab eo vitam consequuntur æternam. Cui prorsus consonat quod dicit Ambrosiaster Pelagij erroribus refertissimus, Iustitiam naturaliter servans custos legis est. Si enim iusto non est lex posita sed iniustus, qui non peccat, amicus legis est, hinc sola fides deest per quam fiat perfectus: Quia nihil illi proderit apud Deum abstinere a contrariis, nisi fidem in Deum acceperit, quia illa temporis iustitia est hæc æternitatis. Temporis iustitiam vocat quia valet ad assequenda temporalia quorum intuitu facta fuerat, defectu cognitionis Dei; quem

Ibid. versum finem. c. 3.

In c. 2. ad Rom. ad illa Quicumque enim sine lege pecc.

A si fuisset fide intuita, æternitatem apud Deum promereri potuisset. Quod nihil aliud est nisi quod Iulianus dixit: Iustitiam illam temporis esse sterilem & imperfectam respectu æternitatis. Vnde hujus distinctionis influendæ causa videtur stuciosè dixisse Pelagius: Servitium propter Deum exhibitum celesti remuneratione pensabitur. Quibus omnibus lucidissime demonstratur ita Pelagianos voluisse officium aliquod morale sine ulla distinctione influendæ causa virtutis opus atque opus bonum, sicut officia nonnulla, in se mala atque peccata sunt, ad quemcunque tandem finem operantis intentione referantur. Sicut autem peccata non idèò sunt bona tamen ad bonum dirigantur finem, si tamen ad malum, penam graviorem merentur; ita opus moraliter bonum intentione rei create non per se malum non fieri malum, sed si ad Deum vel creaturam referatur, pro finis nobilitate vel ignobilitate præmio augustiore vel angustiore ditari.

In Comment. c. 3. ad Co. 1. 1. 1. 42.

De seminibus virtutum naturalibus.

CAPVT SEPTIMUM.

EX hoc fonte fluxit illa Pelagianorum maximeque Semi-Pelagianorum doctrina de virtutum seminibus. Docent enim omnium virtutum semina, etiam fidei ac dilectionis Dei, humanæ naturæ inserta esse naturaliter, quæ lege & voluntate provocata bonorum operum ac virtutum omnium fructum ferunt. Hoc est enim quod ex Iuliano supra commemoravimus: Cunctarum origo virtutum in rationabili animo sita est. Virtutum enim origo nihil aliud est nisi virtutum semen, ex quo per voluntatis nutum & cultum originem sumendo pullulant. Hoc est illud quod Pelagius in ultimis suis libris dixit: Habemus autem perspicillitatem utriusque partis à Deo insertam, velut quandam, ut ita dicam, radicem fructiferam atque fecundam, quæ ex voluntate hominis diversa gignat & pariat, & quæ possit ad proprii cultus arbitrium vel nitere flore virtutum, vel senibus horrere visorum. Nam istiusmodi fructifera & fecunda radix, nihil aliud est quam semen imò plus quam semen, utpote jam in stirpem germinans. Hoc est quod idem ille ad Demetriadem scribit: Est enim in animis nostris naturalis quadam ut ita dixerim sanctitas, quæ velut in arce animi presidens exercet mali bonique iudicium: & ut honestis rectisque actibus faver, ita sinistra opera condemnat. Neque enim sanctitas potest humanæ naturæ esse naturalis nisi in ea ut minimum aliqua semina reperiantur unde sanctitatis opera proferantur. Hoc est quod multo luculentius dicit Cassianus: Dubitari ergo non potest inesse quidem omni animæ naturaliter virtutum semina beneficio Creatoris inserta. Et collatione vigesima quarta: Quarum (cogitationum) aculei naturalia virtutum semina profocant. Hoc est quod ille multarum hæresum semina-

Lib. 4. cont. Jul. c. 3.

Zib. 1. de lib. arb. apud Aug. lib. de grat. Christi c. 18.

Epist. ad Demet. paul. de post. initium.

Cap. 11.

A tor Ambrosiaster: Quia ipsi natura quodammodo inserta sunt iustitia semina addita lex est, cuius auctoritate & maiore ingenium natura proficit illud, Lex ad fructum iustitiæ faciendum. Hoc est quod post utrumque Faustus Lirinensis: Talem faciamus (hominem) cui bonitas in natura, malitia vero contra naturam sit, qui bonum in voluntate, malum habeat in potestate, qui bonum naturaliter velit, malum actualiter possit. Et libro primo ejusdem operis: Inter hæc sollicite nobis apud hæreticos (hoc est Catholicos) requirendum est, utrum homo bonum non possit, an malis inserta homini bona semina voluntatis.

In c. 5. ad Rom. ad substituitur.

Lib. 2. de grat. Dei c. 10.

Lib. 1. c. 15.

Porrò hæc semina virtutum duo iuxta mentem hæreticorum comprehendunt unum ex parte rationis alterum ex parte voluntatis. In ratione naturale quoddam iudicium quo animus inter bonum discernit ac malum, hoc improbat, illud probat, hoc supplicio illud præmio dignum putat. Quod nihil est aliud quam illa omni Pelagianorum vocibus decantata lex naturalis, quæ medullis intimis mentis impressa inter quævis flagitia & facinora perseverat. Hanc supra vocavit Pelagius, naturalem quandam sanctitatem quæ velut in arce animi presidens exercet mali bonique iudicium. De hac dicit idem: Quid illud obsecro est, quod ad omne peccatum erubescimus aut timeamus &c. nisi quod testimonio sibi est ipsa natura quæ hoc ipso de latet bonum suum, quo ei malum displicet, & dum in bono opere consistit quid solam eam deceat ostendit? De cuius laudibus propterea omnes Pelagianorum libri pleni sunt ut non sit opus pluribus lectorem testimonijs fatigare. Ex parte voluntatis semina illa virtutum dicunt quosdam affectus bonos seu voluntates operis boni qui naturaliter in affectiva rationalis mentis parte plan-

Epist. ad Demetriadem.

Ibid. paul. superius.

te plantati sunt, ut ipsi putant. Voluit hoc significare Iulianus cum gentes dicit actionis ingenitae dissimulatione delinquere. Ideo et reos convinci, quoniam negligentes rationem, quam proprii in vnoquoque protestantur affectus vel humana societatis vel pudoris iura violaverint. Sed expressa eius doctrina est in primo contra Divum Augustinum opere: *Cum diuini origo virtutum in rationabili animo sita est & affectus omnes per quos aut fructuose aut stultiter boni sumus in subiecto sunt mentis nostrae, praevidentia, iustitia, temperantia, fortitudo. Et adhuc luculentus: Notum igitur affectuum vis est in se omnibus naturaliter, non tamen ad unum finem in omnibus operatur. Voluit hoc idem Semi-Pelagianorum antesignanus Faustus cum in primo libro de gratia & libero arbitrio inculcat: Nisi enim (homini) bonum ad meliorem conuulisset affectum, non ad se in terdiceret appetitum. Et libro secundo: Quod bonum in virtute, malum habeat in potestate, quod bonum niter aliter velit. Et apertissime: Numquid minus inerat innocenti quia in primo eius gradu possessor eius se a neglexit? Et infra: Ita hoc genere sanctorum (sanctitatis videlicet innocentia iustitia) horum quae male seruatis paradisi inceda a benigno autem suscepit non perit effectus, est est autem perfecta. Non inquam barum virtutum perit cauitus, est est temerata virginalis integra. Voluit hoc Ambrosiaster cum scribit: *Item bona alicui que ubi lex ut nati ueritas sublece dicat & velle facere. Et manifestissime Pelagianorum Patriarcha Origenes: Invenitur quidam Deus dedisse scilicet omnes affectus, omnesque motus quibus ad virtutem nisi possit & progredi: in speretiam vim rationis inseruisse, quo agnosceret quid deberet agere quid cavere. Vbi utrumque quod in illis feminibus includi diximus una sententia complectitur. Denique voluit hoc idem Divus Prosper dum sententiam Cassiani refutando explicans dicit: *Et ne possimus opinari, ideo dilectionem dilectam ex Deo, quia in natura hominis hic satis esset affectus paulo post ait &c. Et ipse Cassianus: Ut autem evidentius clarescat etiam per natura bonum quod beneficio creatoris indiditum est nonnunquam bona: un voluntatum proinde principia. Nam illa principia voluntatum non sunt aliud nisi femina virtutum, quae, ut ibidem addit, nisi a Deo dirigantur ad consummationem virtutum pervenire non possunt. Haec igitur femina in intellectu hominis & voluntate naturaliter facta nihil aliud erant nisi lex naturae rectum de virtutis operibus iudicium constanter professens, & affectus quidam naturales ad ea sectanda. Quos quidem affectus atque iudicium si homo voluntate sua sequeretur & excoleret, in veras virtutes illa femina formari atque adolefcere. Cum enim nihil sit virtus nisi firmata quaedam & efficax voluntas operis boni, merito istius voluntatis perfectae inchoatio, semen & quasi germen virtutis nuncupari debet, quod solo voluntatis nutu & cultu verè boni alicujus operis nulla peccati foeditate maculati & consequenter verè virtutis sive***

A inchoatae sive perfectae fructum ferat, juxta illud Ambrosiastri: *In ipsa enim natura inserta sunt velut semina, quae autem & voluntate exculta fructificant testimonium creatoris. Eo videlicet ferè modo quo Catholici statuunt homini post ruinam Adae naturaliter esse insertos affectus malos quae quasi vitiorum semina in diversa peccata atque opera verè mala pullulant, eo ipso quo cupiditatibus istis voluntas obsequitur, factumque perpetrat. Declarat hoc accuratè Origenes seminum istorum tresque Pelagianismi ar hucius perisillimis: *Et dicit: igitur, ra in est, inquit, quae si ut in velle natura non proposit in per se ipsam, in se est, ad conatum a rationem boni (hoc est virtutis) auctorem namque dicit ad perfectia quaeque perit. etiam in e. n. a. is imita quaedam & velle quae dami femina peccatorum ab hu rebus quae in u u nati. I. per habentur. accipimus, remper copulatis, na, in- sicut a, ut imp. an re. Cetero vobis m. sermone illa quam lat s est, & non sub iudicium ad ver us prius os int. mperantia m. m. s. t. m. p. m. i. m. d. l. l. act. pio s. l. em. v. r. u. m. n. m. i. c. a. u. n. g. a. t. & se urgei m. n. b. u. s. n. o. d. u. s. si dens p. o. s. u. s. d. e. l. t. a. e. p. e. c. c. a. t. & q. u. i. d. e. m. n. o. b. i. s. c. o. m. m. u. n. i. s. c. e. t. i. o. n. e. & m. i. t. i. a. p. r. a. e. m. b. s. p. e. c. c. a. t. o. r. u. m. i. m. m. e. u. s. a. u. t. e. m. p. o. s. t. a. n. t. i. b. u. s. l. a. t. u. s. & l. o. n. g. u. s. s. i. s. e. t. p. o. s. t. a. b. s. q. u. e. u. l. o. p. r. e. p. a. r. a. n. t. b. s. q. u. o. d. i. t. a. t. u. m. e. x. e. m. p. l. i. s. i. n. m. e. d. i. u. m. a. d. d. u. c. t. i. s. l. u. c. u. l. e. n. t. e. c. o. m. p. r. o. b. a. t.**

Est tamen aliqua de his virtutum seminibus inter Semi Pelagianos Pelagianolque eidentia. Nam illi volunt esse quaedam prime integritatis per peccatum violatae reliquias, in verbis Fausti supra citatis vidimus, & Cassianus ex prolesio docet: hi ipsam primae conditionis integritatem. Ex quo ulterius conformiter suis quique principijs, illi docebant ea femina divina gratia debere excitari atque adjuvari, ut in virtutum perfectarum fruges possint maturefcere; Hi contra solo voluntatis arbitrio in perfectionis apicem proveli. Quae tamen differentia non tam ipsa femina quam eorum originem & ad proferendos fructus efficaciam respicit.

Et ista quidem de seminibus virtutum paulo accuratius persecuti sumus iuxta mentem Pelagianorum, ne quidam alij orthodoxi Patres eodem aspergendi errore putarentur, Athanasius^b, Basilius^c, Chrysolomus^d, Sanctus Hieronymus^e, Damascenus, quia naturalium subinde feminum meminerunt. Sed non aliud intelligere censendi sunt, nisi legem naturae quae bonum probat atque improbat malum ex qua licet quaedam opera legis atque officia speciem honestatis praeseferentia fieri queant. juxta illud Apostoli quod per eumque citant, *cum enim gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt &c. nihil tamen operis boni ex illis feminibus verae virtutis, sive perfecte sive imperfecte, nihil bonae voluntatis aut boni affectus proferri volunt nisi per caelestem gratiam divinitus inspiciuntur.*

Lib. 2. operi imperf. cont. Jul. f. 396. Ibid. f. 397. Apud Aug. lib. 4. cont. Jul. c. 3. Cap. 13. Cap. ult. Faustus lib. 1. de grat. lib. ult. c. 8. In c. 8. ad Rom. ad illas, vel le ad accer mih. Lib. 3. in c. 3 ad Rom. fol. 322. m. Collat. 13. c. 9. In c. 10. ad Rom. ad illud Prop. est verbum.

Lib. 3. Peri. arch. c. 2. Ex lib. 1. de grat. lib. ult. c. 8. Collat. 13. c. 12. In vita S. Antoni. b. Hom. 9. in Hexam. & Regul. f. s. m. d. s. p. ut. c. 2. c. Hom. 1. in Epist. ad Ephes. d. Inc. 1. ad Galat. c. Lib. 3. Or. tho. fol. c. 14. Ad Rom. 2.



De laude naturæ & fructibus illorum feminum naturalium in infidelibus.

CAPVT OCTAVVM.

IS TA igitur semina divinis manibus in natura gentio plantata causam dedere Pelagianis cur tot laudibus passim naturā extollerent, utpote quæ virtutum omnium initia, sanctitatis etiam & sempiternæ felicitatis quasi compendium in seipsa complecteretur. Quoties, inquit Pelagius, mihi de institutione merum & sancte vite conversatione dicendū est, solco prius humana natura vim qualitatemque mensurare, & quid ex cere posse ostendere &c. Et infra: Ne tanto remisisti, ut ad virtutem animus tardet, quanto minus se posse credat, & dum quæ dimesse sibi ignorat (nempe virtutum omnium radicem & petellatē) id se exist. mar non habere. In quam sententiam plurima eadem Epistola videri possunt. Et Augustinus de Iuliano: *Textam. r. lib. vir. d. certis. mus. & ex. ces. ingenium a lignum tuam in la. de. nature.* In eius commendationem à Pelagio liber scriptus fuit, quem Augustinus libro de natura & gratia confutavit. Et prima quidem naturalis illius fecunditatis germina primosque quasi sætus illorum feminum in infidelibus emicare & apparere decernunt. Solent enim Pelagianis negantes Dei dona esse virtutes quibus recte vivitur, & eas naturæ voluntatiq; humane tribuentes, hoc uti argumento quod eas nonnunquam habeant infideles. Nam ut Pelagius, naturæ bonum ita generaliter cunctis institutum est, ut in gentilibus quoque hominibus qui sine ullo cultu Dei sunt, se nonnunquam ostendat ac profert. & ut intelligeremus ex fructibus quos natura profert quantis ad bene vivendum viribus polleat, adjungit Pelagius: *Quam multos enim Philosophorum & audivimus & legimus & ipsi vidimus ca. os, patientes, modestos, liberales, adfuentes, benignos, & honores mundi simul & delicias respicientes, & amatores iustitia non minus quam scientia? Unde quaeso hominibus ALIENIS A DEO ista qua Deo placent? Quibus pœne ad*

In Epist. ad Demet. paulo post initium.

Lib. 3. cont. Jul. c. 3.

Epist. ad Demetriad. non procul ab initio.

Ibid.

A verbum consonant ea quæ supra ex Iuliano commemoravimus: quibus ille statuit, alienis à fide Christi abundare virtutibus, in quibus sine ali. vero gratia solum est natura bonum, licet superstit. omnibus mancipat. in, qui solis libertatis invenit. viribus & misericordis creoro & mod. sibi & casti inveniantur & sobrii. In ejus rei testimonium proferebat Fabricios, Fabios, Scipiones, Regulos, quorum nominibus tamquam in antiqua Romana curia loqueretur putavit Augustinum esse terendum. Ne vero ad solos aliquos Romana reipublica principes vel philosophos hanc naturæ fecunditatē restrictam esse suspicaremur, sic occurrit Pelagius: *Et cum ista qua dixi vel omnia in uno vel singula in singulis haberi videamus, cum omnium natura una sit, ex. m. lo. suo. in. vicem. sibi. ostendunt. omnia. in. omnibus. esse. posse, que. vel. omnia. in. omnibus, vel. singula. in. singulis. inveniantur.* Hanc suam doctrinam in illo potissimum Apostoli loco fundant, quo dicit in Epistola ad Romanos: *Gentes qua legem non habent naturaliter ea qua legis sunt faciunt, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, &c.* Nam & Iulianus per hunc locum probat etiam alienos à fide Christi veram posse habere iustitiam, & Pelagius veluti fulcrum ac basim doctrinæ superius allegatæ supponit. Hinc legis naturæ quam Apostolus respicit profusissima inter Pelagianos commendatio; usque adeo ut Pelagius eam naturalem quandam sanctitatem vocaret, qua velut in arce animi presideret. Et Origenes totius erroris fons hanc legem in gentium cordibus scriptam asserit, non attramento sed spiritu Dei vivi. Alij elegijs passim scripta Pelagianorum aspersa sunt ut non opus sit pluribus commemorandis immorari. Quam sint autem ista dissonantia à doctrinæ Ecclesiasticæ veritate fufius suo loco declarandum est.

Ex lib. 4. cont. Jul. c. 3.

Epist. ad Demet.

Rom. 2.

Lib. 4. cont. Jul. c. 3.

Epist. ad Demetriad.

Ibid.

Epist. ad Rom. lib. 1. in c. 21.

Vires naturæ ad cognoscendum, diligendum & colendum Deum.

CAPVT NONVM.

LEGIS hujusce naturalis adeoque naturæ vires maximas consequenter statuunt Pelagianis ad ea perficienda, quæ ad bene beateque vivendum pertinent. Et primò quidem eam sufficere docent ad assequendam ipsam pietatis basim cognitionem sive fidem unius ac veri Dei. Hæc enim erant Pelagij ac discipulorum ejus teste

A Augustino verba atque sententia; *Tunc, nempe ab Adam tam longa ætate qua lex nondum erat data, hæc ratione cognoscebatur creator, quemadmodum esset vivendum scriptum gerebatur in cordibus.* Et Iulianus: *Quæ gentes per vim rationis ingenita est non ritum ceremoniarum iudaicæ imperij; tamen Deum imotescerentem operibus, substantia verò profunditate secretum, poterunt ex his quæ ab eo sunt facta cognoscere.* Et alibi contendisse Pelagius

Lib. de pecc. orig. c. 26.

Lib. 2. oper. imperij; 354.

Pela-

Lib. de grat. Christi. c. 41. Pelagium dicit idem Augustinus, Et ipsam A
 viam, nempe Evangelicam, qua nobis praedicatur
 tanquam via demonstrata qua ambulare debeamus,
 sola inveniri posse natura. In qua sane via praeci-
 pua est cognitio Dei, adeoque ipsius mediat-
 oris Dei ac hominum Christi IESV. Quod
 multo luculentius deducit Ambrosiaster, &
 ad fidem etiam claris verbis extendit, qua
 Christiani in Deum & Christum credunt:
In c. 2. ad Rom. ad illa Gentes, inquit, Christianos dicit qui &c. duce na-
 tura credunt in Deum & Christum id est in Patrem
 & Filium. Et infra: Ipsa ergo natura proprio vi-
 dicitur creatorem suum agnoscit, non per legem sed per
 rationem naturam, opus enim opificem cerunt in se. hoc
 paulo post: Dum duce natura creditur, opus legis
 ostendunt, non per litteram sed per conscientiam.
 Opus autem legis est fides quam cum dictis exhibet
 Deo, naturali iudicio ostendit semetipsum legem sibi
 esse quia quod mandat lex, utro facit ut credat in
 Christum. Vnde & Origenes: F. r. s. s. & quod
 ad Rom. ad illa Cum enim Gen-
 tes.
 Sub hac autem unius Dei & creatoris cog-
 nitione non nudam & sterilem illam noti-
 tiam Dei sed etiam simul dilectionem, cultum
 ac reverentiam complectuntur. Vtrumque
 enim pari ratione in cordibus gentium atque
 omnium omnino hominum scriptum volunt.
 Hoc est enim quod in superioribus verbis post
 stabilitam Dei creatoris notitiam Pelagius
 subiicit: Et quemadmodum esset vivendum scri-
 ptum gerebatur in cordibus non lege littera sed na-
 tura. Cum enim omnis vitae bonae sit funda-

mentum amor & cultus unius ac veri Dei, ne-
 cessario sequitur in cordibus gentium scriptum
 esse quemadmodum sit diligendus & colendus
 Deus, si sibi generaliter scriptum est quemad-
 modum sit vivendum. Et quamvis tergiver-
 sando si verba sola spectemus dici posset, ni-
 hil Pelagium velle nisi natura duce dumtaxat
 sciri, quemadmodum sit diligendus Deus &
 vita conformiter praecipis ejus instituenda,
 non tamen ita, ut eadem natura suis viribus
 possit in Dei creatoris dilectionem assurgere;
 qui tamen animadvertit verbis illis conatos
 esse Pelagianos a gratia mediatoris iustos excludere
 antiquos tanquam Dei & illorum hominum non fue-
 rit mediator homo Christus IESVS ut Augulti-
 nus notat facile videbit, eos etiam dilectio-
 nem ejusdem Dei creatoris naturae genero-
 sitati tribuisse. Haec enim est, propter quam
 praecipue gratia mediatoris est necessaria.
 Totam enim disputationem cum Pelagianis
 Augustinus in summa colligens: Si caritas
 Dei & proximi, inquit, non ex Deo (est in ho-
 minibus) sed ex hominibus verum Pelagiani: sic. 18.
 autem ex Deo, verum Pelagianos. Et sensum eor-
 um sine ambagibus in lucem proferens: In
 Pelagianis, ait, tenebrae dicunt, dilectio nobis ex
 nobis est. Et paulo inferius: Pelagium etiam
 ipsum Deum, non ex Deo sed ex semetipsis habere se
 dicunt: Et cum se, etiam leges ex Deo nobis esse factas
 dicunt, charitatem ex nobis ipsis volumus. Quae potis-
 simum de amore illo Dei creatoris intelligunt,
 ut quem natura duce cognosci posse paulo ante
 quidivimus.

Vires naturae ad exercendas omnes vir-
tutes cardinales.

CAPVT DECIMVM.

CV M tantam itaque naturae potesta-
 tem tribuant ut suis viribus ad cog-
 noscendum Deum, diligendum col-
 lendamque sufficeret ubi omnis verae
 iustitiae est initium & finis, quid mirum si &
 virtutes reliquas quibus boni excoluntur &
 formantur mores eadem praesumptionis libe-
 ralitate concedant?
 Cum igitur duo omnino ad agendam vitam
 bonam sint necessaria lumen quo facienda no-
 verimus, & robur quo cognita faciamus; ad
 utrumque naturae potestatem abunde instru-
 ctam esse arbitrantur. Nam quod ad vitae ex
 virtutis norma peragendae scientiam hoc est
 prudentiam pertinet, aperte Augustinus Pe-
 lagium docuisse tradit etiam ipsi, viam qua am-
 bulare debeamus, quam doctrinam Euange-
 licam nominat, sola inveniri posse natura sed faci-
 lissis si adiuvat gratia. De qua paulo ante dixerat
 secundum Pelagium, scientiam revelari spiritu
 per doctrinam, quam vel non possumus vel difficile ha-
 bere possumus per naturam. Sed haec difficultas
 tandem ad palliandam haerese deformitatem
 excogitata fuit. Initio vero ad omnia scienda

A qua iustitiae perficiendae necessaria lex naturae
 sola sufficiebat. Sic enim ad Demetriadem
 virginem cum adhuc sub Catholica pelle lati-
 taret Pelagius; Vt facile intelligis quantum sit na-
 turae bonum, cum eam legis vice (nempe Moy-
 saice) docuisse iustitiam probaveris ab Adam vi-
 delicet usque ad Moysen. Quod etiam po-
 stea apud Augustinum idem cum suis discipu-
 lis dicit: Quemadmodum esset vivendum scri-
 ptum gerebatur in cordibus. Vnde definitiva Pelagii
 sententia: Omnes voluntate propria regi. Neque
 vero tantummodo ad sciendum quid agi de-
 beat, sed etiam ad implenda singula virtutum
 praecepta solum naturalis arbitrij vigorem po-
 stulant. De temperantia sive continentia hu-
 manis viribus difficillima sic expressit Iuliani
 sensum Augustinus: Tuum dogma non deserit ini-
 micissimum gratia. Dicit enim quod Dominus conti-
 nentiae gloriam libertate electionis honoraverit, dicens,
 qui potest capere capiat, tanquam hoc capiat non Dei
 munere sed arbitrij libertate. Quo sensu gratia
 inimicus instat Augustino Iulianus: Si fideliter
 invitas homines ad studium continentiae, fateris ergo
 ita virtutem pudicitiae a volentibus posse servari, ut sit
 quicum-



quicumque voluerit, corpore sancto & spiritu. Sed omni recte facta larva Pelagius cum periculosam gula atque libidinis delectationem summamque in superandis illis vitijs molestinis demonstrasset, datantiam ceteris, inquit, nã multitudinem animi & vide quid nos possit efficere. Et ne quis magnitudinem animi à Spiritu Sancto inspiratam suspicetur, statim subiicit: Sed nos probd'lor! qualam delectatõe peccati cum in quibusdam ostendimus quandam vim natur. nostra, in alijs omnino torpescimus.

Epist. ad Demetriad.

Lib. 1. de imp. Jul. f. 121.

Lib. de patientia c. 15.

Ibid. c. 16.

De patientia hoc est fortitudine tertia virtute cardinali, ita perspicue Iulianus: Quam (voluntatem) non posse casti, si deus ipsa non sit, testatur fortitudo, cuius lacerti in contemptu dolorum & per Gentiles & per Christum s'aspirat' fuerunt. Et Augustinus Pelagianos d'gito incitans: Sicut enim, inquit, cui eam (patientiam) tribuant viribus voluntatis humana non quas habent ex divino adiutorio, sed qua ex libero arbitrio. Error attemisse superbus est. Iuliel ant errorem suum hoc aruncineo ratiocinationis fulcro: Sicut volu' tas Lemnis sine ullo Dei adiutorio viribus liberi arbitrii tam multa & varia & horrenda perficit, sive in animo sive in corpore ut in realis vite huius & peccatorum delectatione perficitur: cur non eodem modo eadem ipsa voluntas hominis eisdem

viribus liberi arbitrii non ad hoc expectatis se divinitus auxiliari, sed sibi naturali possibilitate sufficiens quod quid laboris vel dol'is ingerit & per usum & via aeterna patientissime sustineat? Quam Pelagiani erroris argumentationem latius Augustinus prosequitur.

De iustitia quarta virtute capitali, quam non in aliqua perturbationum moderatione sed in voluntate nuda Philosophi statuunt, res apud Pelagianos difficultate caret. Unde de omnibus iam recensitis quatuor virtutibus Iulianus: Affectus omnes, per quos aut f'ctus aut fieri debet bonum, in subiecto sunt mentis n'ra prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo. Subiectum mentis intelligit potestatem voluntatis humanæ. Quam longè facilius ad ceteras minoris notæ virtutes extendunt. De veracitate Celestij sensum sic Augustinus exprimit: Ipse autem quem do' sit accipiendum quod scriptum est: omnis homo mendax, omnino non soluit, nec scilicet scilicet potest nisi cor' d' errore, quo credit hominem sine adiutorio gratia Dei per solam propriam vel n'ratem possesse veritatem. Et de quovis præcepto virtutis implendo, Pelagian' dicunt etiam bonum malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum præceptum bonum.

Lib. 4. cont. Jul. c. 3.

Lib. de pe. B. c.

Lib. 2. ad Bonif. c. 11.

Iusta vita, salus, vita aeterna & regnum Dei per naturæ vires.

C A P V T X I.

EX hac superba virtutum cardinalium arrogatione fluxit ulterius illa Pelagianorum doctrina qua patres antiquos ante datam legem Moysei sola natura duce iuste vixisse ac Deo placuisse delirant. Hac lege (naturæ, inquit Pelagius) vixisse sunt omnes quos inter Adam atque Moysen sanctè vixisse atque placuisse Deo scriptura commemorat, quorum tibi exempli causa aliqui præcipienti sunt, ut facile intelligas quantum sit naturæ bonum cum eam legis vice docuisse iustitiam probaveris. Et statim magnum sanctorum accessit numerum qui sola naturæ lege instructi, propriæque viribus libertatis adjuvi perfectæ sanctitatis exempla posteris prætulerunt, Abel, Enoch, Melchisedech, Abraham, Loth, Isaac, Jacob, Ioseph, Iob, de quo viro differens, præclaro sui erroris concludit epiphonemate: O virum ante

Epist. ad Demetriad.

Ibid.

In Comment. ad Rom. c. 7.

In c. 8. v. 39.

Euangelia euangelicum! & Apostolicum ante Apostolica præcepta discipulum Apostolorum qui aperiens occultas divitias naturæ & in medium proferens, esse quid omnes possumus ostendit docuitque quantum sit ille thesaurus anima quem nos sine usu posidemus, & quod proferre nolumus nec habere nos credimus. Et in Commentarijs Epistolarum Pauli exponens illum ad Romanos locum, Naturaliter ex qua legi sunt faciunt: De his dicit, inquit, qui naturaliter iusti fuerunt ante legem, sive quædam nunc boni aliquid operantur. Unde eisdem dicit in ijdem Commentarijs, Deo naturali lege placuisse

sanctè & Moyse. Quam superbissimam naturæ prædicationem hoc fucio palliabant, & tanquam veritati maximè consentaneam fulciebant, quod lex Moysei tam sero patribus data sit: Nec illud est parvum argumentum, ait Pelagius, ad comprobandum naturæ bonum, quod illi primi homines per tot annorum sp'ria absque ulla adm'natione legis fuerant, non utiq; quod Deo aliquando creatura sue cura non fuerit, sed quia se talem scilicet bennum fecisse naturam ut eis pro lege ad exercendam iustitiam sufficeret.

In Epist. ad Demet.

Lib. de nat. & gratia c. 2.

Supra c. 6.

Lib. 6. cont. Jul. c. 24.

Ex qua doctrina manifesta necessitate consequitur, etiam æternam salutem in regno Dei vitamque æternam per naturæ vires à primis hominibus obtineri potuisse. Si enim per naturam iustitia, ergo & iustitiæ præmium, vita, salus, & regnum Dei. Non enim iniustus Deus qui iustos fraudet mercede iustitiæ ut contra illos dicit Augustinus. Quod clarius liquet, si meminimus quod supra diximus insinuasse vel docuisse Pelagianos, opus bonum Dei intuitu factum, cælestia præmia vitamque æternam promereri. Naturæ autem viribus opus quodcunque bonum illis auctoribus fieri potest. Unde latentem in Pelagianis principijs impietatem explicans & evolvens Augustinus, etiam si jam aliquid Christo tribuere compulsi clamoribus inceperant: Vess' r. m. autem dogma, inquit, id persuadere conatur velur inculcata prædicatione naturæ & potentia liberi arbitrii, & legis sive naturæ

naturalia sive per Moysen data ut est opus sit (id est utile seu operę pretium) necesse tamen non sit ad Christum pro aeterna salute transire, eo quod per Sacramentum mortis & resurrectionis eius, si tamen vel hoc putatis, commodior via sit, non quod alia via esse non possit. Et paulo superius in eodem loco; si enim salvi erunt aliqui sine Christo & iustificati sine Christo, ergo Christus gratis mortuus est. Erit enim & alius modus, sicut vultis, in natura, in libero arbitrio, in lege naturali sive conscripta, quo possent salvi & iusti esse qui vellent. Iustas autem imagines Dei qui nisi iustus prohiberet a regno Dei? Quod etiam apertis verbis nonnunquam professi sunt. Nam Pelagius exponens illum Apostoli locum; qui fecerit homo vivet in ea, nempe legis iustitia, unde intelligimus, inquit, quod qui suo tempore legem servavit, vitam habuit aeternam. Suo tempore, inquit, nam

A hoc tempore propter consuetudinem non putat legem posse servari. Et quamquam illa quidem se ita haberent in doctrina Pelagiana, sibi ipsis tamen de nimia superbia ita erubescabant, ut sub finem haretis illam non audent tantam in populum proterre impicitatem. Exprobrat hoc Iuliano Augustinus in postremo conflictu: *Iam, inquit, erumpit in apertum munus crucis Christi. Quid tamen metis magnum populum & Christi magnum iudicium non timetis? Aperte dicite, iustificari natura, iustificari lege possumus, gratis mortuus est Christus. Sed formitantes multitudinem Christianam Pelagianum verbum supponitis, & quaerentibus a vobis quare mortuus sit Christus, si natura vel lex efficit iustos, responderetis &c. nempe quod facilius per Christum. Quam responsum eorum alibi prosequemur.*

Vires ad pœnitendum & redeundum ad iustitiam naturalem; & quid illa sit?

C A P V T X I I.

NEQVE vero apud Pelagianos quicquam refert quod ille inchoatus iustitiae cursus, vel peccatis aliquibus ex humana fragilitate intercurrentibus possit intercipi vel etiam quod peccator vitæ præteritæ sceleribus, contractisque pravitate usu consuetudinibus premi & impediri quo minus ad iustitiam convertatur. Tantam enim naturę potestatem arrogat ut etiam pœnitentiam & peccati cuiusque remissionem in humano arbitrio collocent. Hæc est enim Celestij manifesta sententia quę & Pelagio in Palestina Synodo objecta fuit: *Quoniam pœnitentibus penitentia non datur secundum gratiam & misericordiam Dei sed secundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerunt misericordia.* Quibus verbis utrumque statuit: Non esse peccati pœnitentiam expectandam ab inspiratione spiritus Dei, ut ad quam humana voluntas, humanusque sufficiat labor, & per hunc laborem pœnitentię naturę viribus partim hominem fieri dignum remissionis misericordia. Nam aliquo modo misericorditer dandam esse peccati remissionem, tum alijs in locis quæ postea citaturi su-

A mus expresse Pelagiani docent, tum etiam his quæ diximus utriusque declaratur. Qui enim in peccati remissione Dei misericordiam fateatur eam aliquo modo misericorditer dandam esse, nec humanas vires usquequaque sufficere distiteri nequit. Ipsa namque ab offenso Deo veniæ testificatio clarissima est misericordie divinæ in peccato remittendo testificatio, juxta illud Sanctissimi Augustini: *Impetrando oratio quidquid impetrat, evidenter deum Dei esse ostendit, ne homo existimat a seipso sibi esse, quod si in potestate haberetur, non utique posceretur.* Verum tamen ut idem sanctus Doctor in eadem Epistola, nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est si fides hanc impetrat. Ex quo consequitur, ut qui fidem istam impetrantem, totumque laborem pœnitentię, ut Celestius, humanis viribus tribuit, ille totam peccati remissionem naturę potestati cogatur ascribere, quantumvis dilutam aliquam Dei misericordiam ex alio capite intervenire fateatur. Quod ex Pelagianis principijs rursus sequi etiam Celestius non dixisset, optime in suis carminibus observat Prosper quando ita canit:

*Nam si nunc etiam illesis vigor ille maneret,
In quo insons natura fuit; sua quemque voluntas
Conciliare Deo, penamque absolvere posset:
Nequicquam Christus mortem moriendo pararet,
Nec genus humanum generari rursus egeret.*

Sed sicut ante diximus eos non ausos fuisse palam dicere gratis Christum esse mortuum, ita nec illud, sua quemque voluntate conciliari Deo & pœnis absolvi; sed quasi peccati reatus in aliquo naturam labefecisset humanam, ita remissione impetrata à Deo, jam per seipsam laudabilem illam naturam in suas vires vigoremque, sublato scilicet impedimento, regredi. Sic enim eorum sententiam in initio libri Prosper exprimit.

Nam

Vt sponte attractam veniam solvente reatum,
Sponte sua in vires proprias natura rediret.

Carm. de in
2. r. 1.

ET hoc vocabant Ad iustitiam regredi natu-
ralem, quæ peccati scilicet labe temerata
fuerat. Hic si respiciat, inquit autor qq. veteris ac novi testamenti, ad naturalem regressus iustitiam recipiens fidem Christi erit Filius Dei. Vbi per iustitiam illam naturalem nihil intelligit aliud, nisi naturalem illam innocentiam naturæque integritatem, in qua ipse sicut & primus Adam sine peccato natus fuerat. Exponit hunc sensum alibi luculentius, ubi dicit: *Selet assererari à plurimis, quia per fidem instauratus est homo, ita ut ad pristinum redditus status. Hoc omne acciperet quod inter initia Adam fuerat consecutus. Quam sententiam plurimorum & ipse sequitur hoc addito corollario, quod fides integritati primi hominis aliquid adiciat prærogativa: Videamus, inquit inferius, si hæc instauratio nihil ultra doni habeat divini, quam fuerat con-*

A securus Adam. Quæ quidem non eo casu intelligenda sunt quasi solo peccati reatu aliquid vigoris aut virium ad operandam iustitiam natura perdidisset, quas ejusdem remissione recuperaret: sed illo dumtaxat quod sola peccati deletionem, præsertim si nulla adhuc peccandi consuetudo hæssisset, natura quæ vires omnes etiam sub peccato retinuerat cum pristina sua emergeret integritate & puritate. Pelagianorum enim doctrina constans fuit quam & supra suis locis huse profecti sumus, peccatum non potuisse humanam delimitare vel mutare naturam: Atque ad id ad operandam iustitiam liberum arbitrium & post peccata tam pleni in eis, quam fuit ante peccata. Ne non sit existimandum remissionem aliquid pristini vigoris contulisse naturæ, sed tantum vindictæ reatum ac sollicitudinem abstulisse.

Ant. qq. vet. Test. p. 2. q. 41.

p. 1. q. 123.

Ibid.

Pelag. lib. h. nat. & gr. lib. 1. c. 19. Jul. lib. 1. cap. 1. Jul. 13.

Vires ad superandas malas consuetudines & impetus passionum.

CAPVT XIII.

QUOD si quam peccandi consuetudinem longo usu natura contraxisset & illam putant quibuscumque radicibus quæcumque vetustate roboratam præeunte instructione legis qua sciatur quid faciendum sit, sola voluntatis mutatione posse submoveri juxta sententiam, cujusdam corum definitivam; per facile potest voluntas voluntate mutari. Hinc Pelagius in Commentarium Epistolæ Divi Pauli: *Cum viderint eas (uxores) in melius commutatas, cognoscant omnes per Dei legem ita consuetudine inveniata potuisse mutari. Sed multo arrogantius in Epistola ad Demetriadem: Nam si etiam illi qui longo peccandi usu bonum quodammodo obruere nature instaurari per penitentiam possunt (obtinendo videlicet peccati veniam) & mutata voluntate vivendi consuetudinem consuetudine extinguere, quanto magis tu potes illa superare &c. Ex quo fit*

A ut consequenter omnes omnino passiones ac motus propter quos maxime violentia mala consuetudinis molesta esse solet, solo liberi arbitrij nutu coerceri posse decernerent. Cuius (fortitudinis) lacerti, artulianus, in contem. imperf. cont. per dol. rum & per Gentiles & per Christianos agi. duo cl. x. verunt. Qua de causa motibus carnalis concupiscentiæ quæ omnium cupiditatum rapidissima est v. ribus voluntatis tradit obfisti. Et ibid. f. 105 voluntatis illius excessum intra concessos fines animi potestare posse retineri. Ex hac superba præsumptione fluxit procax illa & mordax insultatio qua propter inculcatam gratiæ necessitatem contra cupiditatis illius impetus, Augustinus in mentiri dicit, tantas esse libidinis vires ut eam ratio regere ac frangere non possit. Ipsi enim & omnium Pelagianorum brevis, fixa & generalis de toto hoc genere est sententia; Sufficit homo ingenio sibi motibus dare leges.

Lib. de prof. iust. c. 6.

In c. 7. 1. ad Corinib. n. 17.

Circa mediâ

Lib. 1. c. 121.

Lib. 5. cont. Jul. c. 16.

Lib. 3. cont. Jul. c. ult.

Lib. 5. cont. Jul. c. ult.

Quod homo possit per naturam liberi arbitrij esse perfectus & non peccare si velit.

CAPVT XIV.

QUIBUS fundamentis nixi, ulterius docent, hominem in hac mortali vita ad perfectam iustitiam posse pervenire si velit. Quæ Pelagianorum sententia diversis modis sed in eandem impietatem conspirantibus exprimi solet.

A Nam aliquando ut hoc significant clamant ut Augustinus ait; *Perfectio nobis virtutis à nobis est, aliquando dicunt: Non solum ad faciendam verum etiam ad perficiendam mandata divina per liberum arbitrium humanam sufficere naturam. Aliquando simpliciter, hominem hic perfici. Aliquando*

Lib. 2. cont. Jul. c. 8.

Aug. Epist. 95.

Lib. 2. cont. Jul. c. 8.

quando cum Deo quodammodo disputantes: *A* *Epist. 95.* Tu, inquit, a nos fecisti homines iustos autem *Serm. 36.* ipsi nos fecimus. Quod hac superba phrasi bre- *de verb. Ap. 1.* viter dicunt: *Si volo iustus sum: b In potestate* *Domini c. 3.* habeo iustum esse. Quam exponens Augustinus *Serm. 11.* quodam loco: *c Tu vestro more, ait, qui de vestro* *de verb. Ap. 1.* descendit errore non agnosco gratiam nisi in dimissione *a. 2. & de* peccatorum, ut iam de cetero homo seipsum fa- *Spirit. &* bricet iustum. Nam iustum esse apud Pelagianos, *lit. c. 8.* idem est, quod sine omni peccato vivere. *b Hom. 44.* *c. 9.* Augustinus: Pelagiani dicunt: uos in hac vita *c. lib. 2. oper* *ideo esse vel fuisse, qui sine ullo peccato vixerunt. At-* *imp. cont.* *que hinc est quod ubertius hanc haeresein in-* *Tit. f. 450.* *ferre fatigantes dicere solent, sicut Pelagius* *Lib. 4. ad* *in Synodo Paletina obiectum fuit: Possit homo* *Bonif. c. 11.* *minim si velit, esse sine peccato. Quod non ita* *Lib. de ge-* *intelligentum est quali tantummodo vellent* *st. Pelag.* *hominem aliquo tempore ita mundum fieri* *c. 6.* *ut omni prorsus peccato careat. Hoc enim* *g. lib. 2.* *sapè contingere quando per baptismi vel pec-* *& gra-* *nitentiae gratiam omnia peccata remittuntur,* *lib. 1.* *non est dubium, sed hoc est quod persuadere* *imp. 1.* *moliuntur, ita hominem virtutum omnium* *154.* *exercitatione posse proficere ad iustitiae perfe-* *Epist. 89. ad* *ctionem ut omnia Dei mandata implendo sine* *illo peccato, ut Augustinus exprimit, vivat: vel* *ut alibi: vitam sine ullo peccato perfectam ducat.* *Vnde Pelagius sententiam sibi obiectam re-* *petens, ait: Possit quidem hominem sine peccato* *esse, & Dei mandata custodire: si velit diximus. Pro* *ipsidem habens, esse sine peccato; & Dei mandata* *custodire. Verissimè namque sine omni pec-* *cato vivere dicendus est, qui omnia Dei man-* *data custodit. Hinc Hilarius Augustino qua-* *estione Pelagianorum proponens velut unam* *dumtaxat profert: Possit hominem esse sine peccato,* *& mandata Dei facile custodire si velit; & velut* *unam dumtaxat eandemque persequitur Au-* *gustinus. Quod sane quia nemo prestare pot-* *est, nisi virtutum omnium perfectionem af-* *secutus fuerit, hinc Pelagius accusatus quod* *hominem sine peccato esse posse diceret, senten-* *tiam suam veluti damnans coram homini-* *bus: Anathema, inquit, sit, qui dicit, absque* *adiutorio Dei posse hominem ad perfectum omnium* *venire virtutum. Satis quippe intelligebat, ad* *illam iustitiae perfectionem, quae sine peccato* *agitur, omnium virtutum perfectionem esse* *necessariam. Quamobrem & Sanctus Hiero-* *nymus cum Pelagianis disputans perfectum* *esse, & omnes habere virtutes sine discrimine* *usurpat. Atque hac de causa illa quoque sen-* *tentia Celestij damnabilis iudiciis Paletinis* *visa est; unumquemque hominem omnes virtutes* *posse habere & gratias: non solum quod aufer-* *rent, ut ibi dicitur, gratiarum diversitatem,* *sed maxime propter assertam unicuique iusti-* *tiae perfectionem. Quam similibus verbis Pe-* *lagius Demetriadem docuerat: Exemplo suo* *invicem sibi ostendunt, omnia, (id est, omnes vir-* *tutes) in omnibus esse posse, quae vel omnia in om-* *nibus, vel singula in singulis inveniantur. Eadem* *ergo prorsus sunt, & pro ipsdem usurpantur.* *a Omnes habere virtutes; b Ad perfectionem omnium* *venire virtutum; c Esse, vel fabricare se iustum; Habere*

plenam perfectamque iustitiam; f Implere iustitiam; *d Lib. 2. op.* *g mandata Dei custodire; h seipsum sanare; i se* *ipsum iustificare. Et quod omnium frequentis-* *simum est; k esse, seu vivere sine peccato. Et ni-* *hil aliud significant nisi hominem ad perfe-* *ctionem venire iustitiae quae tunc perficitur* *sine dubio, cum omnium divinorum manda-* *torum impletione ita vivitur, ut peccando* *nihil committatur iniustum. Quod ne cui for-* *tassis incredibile videretur, in praesententi-* *um quasi probaturus addebat Celestius: Quomodo* *plus facimus quam in lege & Evangelio iusti in est.* *Hoc est exponente Augustino: Quomodo per-* *petua servatur a plerisque, virginitas, quae praecipit non* *esse, cum ad non peccandum praecipit implere sufficit.* *Quali ille qui virginitatem servaverit non* *praecipit, omnia etiam praecipit servaverit.* *Hinc & Pelagius: Dum virgo amplius statuit* *facere quam praecipit, ostendit minus sibi praeci-* *ptum esse quam potuerit.* *Arima porro, quibus rem tantam impleri* *posse volunt, sunt illud unicum si velit, hoc est* *ut Augustinus, si voluntas adfit, non potentia,* *inquam, sed actus: hoc enim voluntas passim* *apud antiquos & maxime August. denotat. Et* *quavis verissimè sit tunc omnem omnino im-* *pleri iustitiam cum tanta voluntas adest, quanta* *sufficit ad implenda mandata, quod fit ut idem* *Augustinus docet, cum vade perfectus, quae volue-* *rimus: interest tamen unde ista voluntas habea-* *tur. Pelagiani enim, tantum praesumunt de* *libero humanae voluntatis arbitrio ut ad non peccan-* *dum, sive ad habendam illam validam perfe-* *ctionemque mandata custodiendi voluntatem,* *nec adjuvandos nos divinitus opinentur, semel ipsi* *naturae nostrae concessa liberae voluntatis arbitrio.* *Vnde cum dicerent hominem vivere posse sine* *peccato & mandata Dei custodire, ludiosè* *omittebant gratiam qua voluntas illa datur* *ac roboratur, sed tantummodo si velit, tan-* *quam hoc in sola potestate esset hominis per-* *liberum arbitrium: Hoc quippe, ut notat Au-* *gustinus, arguebatur sensisse Pelagius in Synodo* *Paletina, dicendo si velit, ut videlicet, tacita,* *pro qua vehementissime pugnabatur divina gratia,* *nec nominato Deo iuvante, resisteret sola infelix, &* *seipsum decipiens humana superbia.* *Ex quo facile est intelligere, quid per na-* *turam Pelagius intellexerit quando hominis* *naturam contra Dei gratiam qua iustificatur impius* *quanta potuit argumentatione defendit. De passim* *diceret, per naturam esse iustitiam. Itemque* *Non peccandi possibilitatem in natura necessitate esse* *positam. Intelligebat enim ipsam liberi arbitrij* *potentiam naturalem, cuius subsidio fieret, ut* *homo semper non peccare posset, atque etiam* *re ipsa non peccaret si tantum vellet: vellet* *autem quando eumque videretur: Habet posse,* *inquit Augustinus, per naturale subsidium, sci-* *licet potentiae liberi arbitrij, habere velle per li-* *berum arbitrium, quid quaerit baptismi Sacramen-* *tum? Quam doctrinam ex professo tradit Pe-* *lagius in opere suo postremo quod pro liberi* *arbitrij defensione conscripsit: Nos, inquit,* *scio tria ista distinguimus, & certum velut in ordinem*

Epist. 95. *Serm. 36.* *de verb. Ap. 1.* *Domini c. 3.* *Serm. 11.* *de verb. Ap. 1.* *a. 2. & de* *Spirit. &* *lit. c. 8.* *b Hom. 44.* *c. 9.* *c. lib. 2. oper* *imp. cont.* *Tit. f. 450.* *Lib. 4. ad* *Bonif. c. 11.* *Lib. de ge-* *st. Pelag.* *c. 6.* *Epist. 89. ad* *illo peccato, ut Augustinus exprimit, vivat: vel* *ut alibi: vitam sine ullo peccato perfectam ducat.* *Vnde Pelagius sententiam sibi obiectam re-* *petens, ait: Possit quidem hominem sine peccato* *esse, & Dei mandata custodire: si velit diximus. Pro* *ipsidem habens, esse sine peccato; & Dei mandata* *custodire. Verissimè namque sine omni pec-* *cato vivere dicendus est, qui omnia Dei man-* *data custodit. Hinc Hilarius Augustino qua-* *estione Pelagianorum proponens velut unam* *dumtaxat profert: Possit hominem esse sine peccato,* *& mandata Dei facile custodire si velit; & velut* *unam dumtaxat eandemque persequitur Au-* *gustinus. Quod sane quia nemo prestare pot-* *est, nisi virtutum omnium perfectionem af-* *secutus fuerit, hinc Pelagius accusatus quod* *hominem sine peccato esse posse diceret, senten-* *tiam suam veluti damnans coram homini-* *bus: Anathema, inquit, sit, qui dicit, absque* *adiutorio Dei posse hominem ad perfectum omnium* *venire virtutum. Satis quippe intelligebat, ad* *illam iustitiae perfectionem, quae sine peccato* *agitur, omnium virtutum perfectionem esse* *necessariam. Quamobrem & Sanctus Hiero-* *nymus cum Pelagianis disputans perfectum* *esse, & omnes habere virtutes sine discrimine* *usurpat. Atque hac de causa illa quoque sen-* *tentia Celestij damnabilis iudiciis Paletinis* *visa est; unumquemque hominem omnes virtutes* *posse habere & gratias: non solum quod aufer-* *rent, ut ibi dicitur, gratiarum diversitatem,* *sed maxime propter assertam unicuique iusti-* *tiae perfectionem. Quam similibus verbis Pe-* *lagius Demetriadem docuerat: Exemplo suo* *invicem sibi ostendunt, omnia, (id est, omnes vir-* *tutes) in omnibus esse posse, quae vel omnia in om-* *nibus, vel singula in singulis inveniantur. Eadem* *ergo prorsus sunt, & pro ipsdem usurpantur.* *a Omnes habere virtutes; b Ad perfectionem omnium* *venire virtutum; c Esse, vel fabricare se iustum; Habere*

digesta paritur. Primo loco posse (scilicet esse sine peccato) statim, secundo velle, tercio esse. Posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. Vtrum illud, id est posse, ad Deum proprie pertinet, qui illud creatura sua contulit: duo vero reliqua, hoc est, velle & esse, ad hominem referenda sunt quia de arbitrij fonte descendunt. Quid clarius? Et paulo inferius: Potest itaque illud unum (posse scilicet) esse, etiam si duo ista (velle & esse) non fuerint; ista vero sine illo esse non possunt. Itaque liberum mihi est, nec voluntatem bonam habere nec actionem, nullo autem modo possum non habere ipsam possibilitatem boni: inest mihi enim nisi noluerit, nec enim sui aliquando in hoc natura recipit, natura, inquam, hæc est enim illa à Deo accepta non peccandi possibilitas, de qua subiicit conformiter paulo post: Cum dicimus hominem posse esse sine peccato, confessione possibilitatis accepta laudamus Deum, qui nobis hoc posse largitus est (largiendo scilicet naturam) nec est ibi ulla laudandi hominis occasio; ubi solus Dei causa tractatur. Non enim de velle, nec de esse, (quæ videlicet hominis sunt) sed tantummodo de eo quod potest esse dicitur. In quibus Pelagianis mysterijs intelligendis ne quis adhuc fortasse caligaret, sic senium eorum breviter Augustinus expressit. Cum tria constituat (Pelagius) atque distinguat, quibus divina mandata dicit impleri, possibilitatem, voluntatem & actionem; possibilitatem scilicet qua potest homo esse iustus, (hoc est non peccare) voluntatem qua vult esse iustus, actionem qua iustus est. Non enim primum, id est, possibilitatem datam constituitur à creatore natura, nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere etiam si nolimus; duo vero reliqua, id est, voluntatem & actionem nostra esse asserit atque ita nobis tribuit, ut non nisi à nobis esse contentat. Vnde ad varietatem locutionis pertinet, non ad aliquam sententiæ varietatem vel intelligentiæ subtilitatem quod aliquando naturam adiungitur liberum arbitrium: Non est hoc quidem parum adversus illam falsam defensionem tanquam sibi sufficientis natura, & potestatis liberi arbitrij. Aliquando solum liberum arbitrium, sive libertas arbitrij exprimitur; posse esse hominem mundo corde testatus est &c. sed gratia Dei non sola arbitrij libertate.

Aliquando sola voluntas: Ita illi voluntas divinitus non adiuta non sufficit. Aliquando sub distinctione natura vel voluntas: Non tamen distinguuntur (caritas) in cordibus nostris, vel natura vel voluntatis opibus, qua sunt in nobis. His enim omnibus idem insinuat; nisi forte hac differentia, quod nomine natura significetur potestas bene vivendi seu non peccandi nullo modo communicari per gratiam Dei; nomine liberi arbitrij determinatum principium ratione cuius illa potestas competat; nomine voluntatis ipse actus potestatis. Vnde alibi clarius indicare volens Augustinus, non habere naturam hominis juxta Pelagium hanc bene vivendi potestatem nisi propter liberum arbitrium naturaliter insitum, pressius & accuratius hoc modo loquitur: Vtrumque iam habebat (scilicet voluntatis arbitrium quod Pelagius asserbat) in natura, aliud in doctrina. Et clarius: quæ Dei gratia neque natura est cum libero arbitrio. Item

que in Epistolis: Non est igitur gratia Dei (ut Pelagiani delirabant) in natura liberi arbitrij. Et paulo post: Qui putant gratiam Dei esse naturam liberi arbitrij cum qua nascimur. Sed omnium luculentissime sententiam ininimicorum gratiæ Dei exprimit quando Pelagium dixisse dicit: Quod possibilitatem non peccandi natura nostra cum condiderit accepit: quoniam condita est cum libero arbitrio. Quod sæpius repetitur Epistola ducentesima quinquagesima secunda ad Iohannem Episcopum. Et de Celestio: dixit hoc, quod videlicet persuaderet tantum nos habere per naturam liberi arbitrij non peccandi possibilitatem, ut &c. Imo claris verbis ipse met Celestius, non peccandi possibilitatem & arbitrij libertatem pro ipsam se habere declaravit. Testimonia scripturam inquit, quæ de divinis ponenda sunt his, qui arbitrij libertatem vel non peccandi possibilitatem imperite existimant se scripturam autoritate posse deolvere. Quoniam igitur hæc liberi arbitrij naturalis potentia ad naturam hominis pertinet, dicente ad Iulianam viduam Augustino: in eodem libro (Pelagij) invenit aliquid, si potestis, ubi excepta natura excepto quod ad eandem naturam pertinet arbitrij voluntatis &c. tale Dei adiutorium constituitur (Pelagius) quale constituitur ille qui dixit &c. Hinc fluxit quod aliquando dicit Augustinus nihil aliud Pelagianos ad non peccandum requirere nisi quod homines nati sumus. Cum enim ut supra diximus, Pelagianos putare retulisset, gratiam Dei esse naturam liberi arbitrij cum qua nascimur, continuo contradicendo subiicit: Non enim hoc oramus pro infidelibus, ut fiat eorum natura, id est, ut homines sint. Et lib. de gestis Pelagij ubi sæpius dixerat Pelagij gratiam esse naturam cum libero arbitrio, eandem vocat gratiam quam homines creati sumus. Quod plenius exponit alibi: Tantum enim dicunt valentem (naturam humanam) ut suis viribus in origine sua creationis accepit, possit per liberum arbitrium domare &c. Et quia ad mentis rationalis naturam ac Dei imaginem liberi arbitrij dignitas pertinet, hinc eandem Pelagianorum sententiam referens: Nam & hoc, inquit, Pelagiani ausi sunt dicere gratiam esse naturam in qua sic creati sumus, ut habeamus mentem rationalem qua intelligere valeamus, facti ad imaginem Dei, ut dominemur piscibus maris & volucribus cæli, & omnibus pecoribus qua reptant super terram.

Hæc igitur causa est cur illam bene vivendi & non peccandi potestatem nullis peccatis amitti posse statuunt, cum neque liberum voluntatis arbitrium atque imago Dei ex mente rationali deleri queat, neque potestas volendi, seu voluntatis, qua sola juxta Pelagianos negotium illud agitur & peragitur, ex libero voluntatis arbitrio possit amitti. Fortissimè hoc agit Pelagius apud Augustinum libro de natura & gratia per multa capita, ubi dicit nulla adimere voluntas potest, quod inseparabiliter insitum probatur esse natura. Ipsa, autem, non peccandi possibilitas non tamen arbitrij potestate quam in natura necessitate est, hoc est, ita necessario naturam inest, ut nulla arbitrij potestate etiam si velit amitti possit. Et in opere suo postremo quod

Tbid.

c. 62.

c. 63.

c. 64.

Lib. de gestis Pelag.

Ibid. c. 31.

Epist. 107. ad Valen.

Lib. de gestis Pelag. c. 11.

Ibid. c. 11.

Lib. de gestis Pelag. c. 11.

Epist. 119.

Epist. 107. ad Valen.

c. 10.

Epist. 95. d. Innocent. initio.

Lib. de gestis Pelag. c. 13.

Lib. de nat. & grat. c. 45.

c. 50.

c. 51.

Pelag. lib. 3. de lib. arb. apud Aug. lib. de gratia Christi c. 4.

quod supra adduximus: Nullo modo possum non habere possibilitatem boni, inquit mihi etiam si noluerio, nec otium sui aliquando in hoc natura recipi. Audis naturam non recipere in hoc otium sui? Et quamvis tam aperta confessione hanc inamissibilem non peccandi potestatem non astrueret, ex principijs tamen Pelagianis jam superius declaratis apertissime sequitur. Nam & liberum arbitrium pertinere docent ad naturam hominis ac rationem imaginis Dei; & potesta-

tem utriusque partis hoc est eligendi boni & mali, ad naturam liberi arbitrij; & naturam hominis nullis peccatis posse vitari atque debilitari: & siquid forte malæ consuetudinis inoleverit sola voluntate posse superari. Quæ omnia & in superioribus late deducta sunt & aperte consiciunt inseparabilem inamissibilemque bene perfectæque vivendi esse potestatem.

Tollunt orationem fidelium pro obtinendâ tentationum victoria & peccatorum venia.

CAPVT XV.

IN hac igitur præsumptuosa superbaque Pelagianorum sententia tria dogmata à Christiana religione remotissima comprehenduntur. Primum est, omnes omnino tentationes quantumlibet vehementes sive carnis, sive mundi, sive dæmonis, sive ignorantia, sive concupiscentia, eadem liberi arbitrij potestate posse superari. Hoc enim ad vivendum sine omni peccato necessarium est. Quem sensum profertens Augustinus docere novam istam hæresim dicit; Cavenda futuris vincendisque peccatis, omnibus que peccati virtute superandis sine ullo deinceps adiutorio gratia Dei naturali possibilitate humanam sufficere voluntatem. Vbi cavenda significat peccata ignorantia; & per vincenda concupiscentia. Vnde utrumque improbens: Si enim, inquit, possibilitas naturalis per liberam arbitrium & ad cognoscendum quemodo vivere debeat, & ad bene vivendum sufficit sibi, ergo Christi gratia mortuus est.

Alterum est ex priore consecutaneum, non esse rogandum Deum ne nos inducat in tentationem: hoc enim esse humanæ potestatis. Consideret ergo Sanctus tua, inquit Patres Concilij Carthaginensis ad Innocentium Papam, & pastoralibus nobis comparatus visceribus, quam sit peius in exitiale ovibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur ut nec orare debeamus, ne intremus in tentationem &c. Rationem subiicit: Si enim possibilitate natura & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videt à Domino inaniter peti & fallaciter orari, cum orando poscuntur que natura nostra iam ita condita sufficientibus viribus obtinentur? Quam cæcitate vel stoliditate eis exprobrat Augustinus: Nec imperi. cont. donum Dei poscitis, inquit, ne intremus in tentationem, hinc est, ne peccetis: in vestra enim virtute confiditis & vos in psalmo notatos esse atque damnatos, vel non videris cæci, vel stolidi non doletis. Deplorat hanc pestilentissimam eorum arrogantiam cum la-

nostra posita potestate possibilitate natura, ut hoc inaniter impetrandum orationibus arbitremur. Vnde cum Urbanus Siccensis Episcopus Romæ cum quodam tali assentiente confingeret, eumque Dominicæ orationis pondere urgeret, quare, si in nostra esset positum potestate, omnes peccatorum tentationes solis voluntatis viribus superare, Deo diceretur, ne nos inferas in tentationem? Rogamus, inquit adversarius, ne nos inferas in tentationem: ne aliquid mali patiamur quod non benius in potestate: ne ruam de equo & ne frangam pedem, ne latro me interficiat, & quid eiusmodi hæc enim, inquit, non habere in potestate: nam vincere tentationes peccatorum meorum, si volo, & possum, nec Dei adiutorio possum. Videntur autem ad hunc arrogantia gradum non initio profuisse, sed paulatim profecisse. Idcirco enim Augustinus Epistola nonagesima citata dixit: Hoc eorum sacrilegas disputationes necessitate sequi ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem. Nempe quia nondum hoc tunc aperte profitebantur. Vnde ad Anathasium apertius hoc declarans non quia audent, inquit, hoc aperte dicere, sed eorum sententiam velint nolint hoc utique sequitur. Postea tamen audaciores vel impudentiores facti etiam sermone professi sunt, quod corde sentiebant, & ex sententia sua religatum esse cernebant.

Tertium dogma, quod illa perfectionis doctrina consequitur, est, non esse itidem rogandum Deum pro peccatorum remissione, nam quamvis peccata, si qua voluntatis libertas commississet, à Deo dimittenda fateantur, eo tamen perfectionis pervenire posse statuunt, ut hoc nihil opus sit amplius dici. Quæ impietas, ait Augustinus, contradicit etiam orationibus nostris, concedens quidem ut dicamus, dimitte nobis debita nostra &c. & hoc ita concedens ut afferat hominem in hoc corruptibil corpore quod aggravat animam posse suis viribus ad tantam iustitiam pervenire ut neque hoc illi si dicere necessarium, dimitte nobis debita nostra. Vnde insultabat Augustino Iulianus, quod in populo, & cum populo Dei peccatis timeret. Cui Sanctus Doctor: Nec insultetis hinc nobis, inde quispe estis hæretici quia hæc displicent vobis. Ipsi verò, quia istam orationis formulam Apollolis à Christo traditam negare non poterant novis excogitatisque tergiversationibus superbiam suam palliabant. Dicebant enim

K

Epist. 94.

Lib. de nat. & grat. c. 40.

Apud Aug. Epist. 90.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Anl. f. 107.

Cap. 17.

Epist. 94.

Refert Aug. in fragmento post serm. de temp. Tom. 10. ex Aug. y. p. Ab. Tom. 2.

Epist. 144.

Epist. 94.

Lib. 3. cont. Anl. c. 21.

enim eam Apostolis cum adhuc infirmi erant fuisse præscriptam. Pelagiani enim sunt, quos *Hom. 43. c. 7* insinuat Augustinus quando dicit: *Fortè dicit hoc aliquis quando illos docuit Dominus IESVS orati nem, adhuc parvuli erant, infirmi erant, carnalès, nondum erant spirituales qui non habent peccatum.* Cùm verò convincerentur eandem omninò orationem ab Apostolis post resurrectionem Domini cùm jam perfecti essent frequentatam alio suffugio vim veritatis quidam eludentes: *Lib. 2. de pecc. merit. & remiss. c. 10.* *Etsi orabant eam, inquit, sancti & perfecti iam Apostoli, nullum omninò habentes peccatum. non tamen pro seipsis sed pro imperfectis adhuc peccatoribus dicebant, demitte nobis deus nostra, sicut &c. ut per hoc quod dicerent nostra in uno esse corpore demonstrarent, & illos adhuc habentes peccata, & se ipsos*

A qui iam carebant omni ex parte peccato. Alij ita volebant eam à sanctis dici ut humiliter non veraciter diceretur. Vtramque evasionem Carthaginenses Patres referunt & septimi octavique canonis autoritate condemnant. *Concil. Carth. c. 8. Ibid.*

Propter istas igitur duas causas sublata pro dimittendis peccatis, & pro vincendis tentationibus orationis, Augustinus cum Patribus Nilivitanis queritur, quod nova hæresis & nimium perniciofa tentaret surgere inimicorum gratiæ Dei, qui nobis, inquit, etiam Dominicam orationem in impiis disputationibus conantur auferre. In cuius rei fidem utriusque dogmatis impietatem tangunt. quæ nec pro præteritis peccatis diluendis, nec pro futuris cavendis fideles deprecari sinit *Epist. ad Iulian. Pap. 3. apud Aug.*

Argumenta nonnulla quibus non peccandi possibilitatem asserunt.

C A P V T X V I.

ARGUMENTA verò quibus perfectionis illius possibilitatem asserunt, ut homo sine peccato, si velit, vivat, non pauca ex medio Philosophiæ penu proferunt. Imprimis quod peccato non possit ullo modo natura debilitari atque vitari. Instâter hoc agit Pelagius apud Augustin. magna parte libri de natura & gratia, ut supra suo loco fufius demonstravimus. Quod si ita est, manifestè sequitur sine peccato quemlibet si velit posse vivere. Voluntas enim primi hominis non natura ut à Deo primitus facta est, culpabilis fuit: Nam ita sine omni infirmitate fuerat condita, ut posset non peccare si vellet. Ejus verò posteros, dicit Pelagius, non solum illo non esse infirmiores sed etiam plura implevisse præcepta cum ille unum implere neglexerit. Atque istam naturæ integritatem seu non peccandi possibilitatem per Christi adventum demonstratum volunt, qui de peccato damnavit peccatum, quia, inquit Pelagius, de illius carnis substantia que ante serviebat peccato vicit, nunquam peccando peccatum & in eadem carne damnavit peccatum, ut ostenderet voluntatem esse in crimine non naturam, que talis à Deo facta est, ut possit non peccare si velit. *Vide c. 19.*

A homo sine peccato esse si velit. Quod argumentum & in Epist. ad Clesiph. paulò brevius tangit. Unde cum Catholici nonnulli dicerent levia quedam peccata ipsa multitudine quod sepe irruriant non posse cuncta vitari, negabant Pelagiani debere argui ne levi quidem correptione si vitari omninò non possent. Nam si illi qui peccasse ponebantur, idcirco inquebant, tales fuerunt quia aliud esse non potuerunt, culpâ carent. Ex quibus patet non tantum de singulis præceptis hoc argumentum urfisse Pelagianos, sed etiam de omnibus simul sumptis: atque ex eorum omnium possibilitate, possibilem homini perfectionem iustitiæ conclusisse. Itaque Celestius cum scripturas tantum adduceret quibus homini præceptum est ut sit perfectus & sine peccato vivat, satis superq; se probasse putat, hominem in hac vita posse esse sine peccato. Testimonia, inquit, quibus probatur præceptum esse homini ut absq; peccato sit. Atque ita magnum catalogum earum pertexit quæ præscribunt homini ut sit immaculatus. Sanctus, irreprehensibilis, sine peccato atq; perfectus. Et Pelagius ad illa scripturæ verba: Exhibere vos sanctis & immaculatos. Vide, ait, sciebat se impossibilia præcepisse. Tractat hoc argumentum scriptus Iulianus non tantum ut probet hominè sine peccato posse vivere sed etiam ut ipsum quoque peccatum originale, præceptorum possibilitate subvertat. *Lib. 3. cont. Iul. c. 18. Ibid. c. 12.*

Deinde familiarissimum eorum argumentum est ac præcipuum ad asserendam iustitiæ perfectionem quia præcipitur homini ut sit perfectus ac sine peccato: Dei autem præcepta sunt possibilia, Dominus ait, inquit Pelagiani, estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est: quod non præciperet si sciret fieri non posse quod præcipit. Nihil enim præciperet Deus homini quod esset humane impossibile voluntati. Cujus argumenti vis per modum dilemmatis proponitur apud Hieronymum: *Lib. 2. de pecc. merit. & remiss. c. 15.* *Ibid. c. 3.* *Lib. 7. advers. Pelag. f. 833.* *sunt possibilia, inquit Critobolus, hoc est Pelagianus, Deus mandata dedit aut impossibilia. Si possibilia in nostra potestate est ea facere si velimus, quod implere non possumus, ac per hoc sive possibilia dedit Deus mandata siue impossibilia, potest*

Per hanc Apostolicam, ait ille, sententiam demonstratur, propterea rectè iudicari homines, quia præcepta possibilia non fecerunt, iniuste autem iudicarentur, si ea non fecissent que impossibilia iudicarentur. Neque enim ab homine iustum est aliquid amplius flagitare quam potest. Instantissime hoc idem inculcat Pelagius ut virgini Demetriadi possibilitatem perfectionis persuadeat. *In Epist. ad Demet.* *Ascribimus, inquit, iniquitatem iusto, pio crudelitatem dum eum primo impossibile aliquid præcepisse conquerimur. Et post multa in eandem sententiam: Nec impossibile aliquid voluit imperare qui iustus est: nec damnaturus hominem fuit pro eo quod vitare*

Lib. 1. Cent. Cantuarum.
Lib. de grat. & lib. arb. s. 16.
Lib. 2. de pecc. meris. & remiss. c. 16.
Lib. de perf. iust. c. 2. ratiocin. 1.
Ratiocin. 2. 3. 4.
Toto c. 3. 4. 5. 6. 7.
Ibid. de voluntario c. 19.

vitate non potuit qui pius est. Quæ verba gravi-
 ter reprehendit r. fellitque Beda, tamen
 perperam putet esse verba Iuliani. Vides, ar-
 bitror, quanti hoc argumentum facerent Pela-
 giani, quod & ex Augustini verbis manifestum
 est, quibus dicit: *Magnam aliquid Pelagiani se-
 scire putant, quando dicunt, Non iubet Deus quod
 scire non posse ab homine fieri. Neque enim existi-
 mant aliam esse posse præcepti rationem nisi ut
 eo audito homo faciat. Cum enim his non ob-
 stantibus Catholici constanter tuerentur, ne-
 minem in hac vita sine peccato vivere, Cur ergo
 iubet inquit, quod scit nullum hominem esse facturum?*
 Tertium eorum non infimum argumentum
 ex ratione peccati petitur. Ante omnia, inquit
 Celestius, interrogatus est, qui negat hominem sine
 peccato esse posse, quid sit quodcumque peccatum quod
 vitari potest, an quod vitari non potest? Si quod vitari
 non potest, peccatum non est, si quod vitari potest, po-
 test homo sine peccato esse, quod vitari potest, si
 ratio vel iustitia patitur, saltem dicitur peccatum quod
 vitari nullo modo potest. Ad quod conficiendum
 tres alias ibidem rationes ex natura peccati
 accersitas promit, quia voluntarius est, non ne-
 cessarius, quia accidens est non natura, quia actus
 est non res. Multas alias rationes si videre libet
 quibus armati proflebant ut sine peccato vi-
 tam transigi posse conficerent, consule librum
 de perfectione j. iustitiae qui ex professo in hunc
 errorem refellendum scriptus est. Nam pleraque
 in eo conglobata sunt, quæ passim alibi sparsa
 reperiuntur. Inter quæ illud non postremum
 est, quod omnium Pelagianorum ore, scriptisque
 inculcatur, ac veluti gigantea moles aserto-
 ribus Catholica veritatis opponitur, quod
 mandata Dei custodire seu non peccare sit vo-

Lib. 2. de pecc. meris. & remiss. c. 3.
1. ad Cor. 7. Ecclesiasti. 15
Vide lib. de me, bona terre comeditis; quod si noluertis & me ad perf. iust. c. 19
lib. 4. ad Boz. nif. c. 2. lib. 1. operum im- perf. cont. lib. f. 133.
lib. 1. de grat. & lib. arb. c. 10. & c. lib. de perf. iust. c. 6.
Lib. 1. Dial. ad vers. Pelag. f. 824.
Apud Hier. Epist. ad Cresiph. fol. 810.

Discrimen statuunt inter esse, & posse esse sine peccato.

CAPVT XVII.

Lib. de nat. & grat. c. 36 vide & Hieron. lib. Samuel, Nathan, Heliam, Helizæum, Michæam, 2. Dial. ad Daniel, Ananiam, Azariam, Mizael, Ezechiel, vers. Pelag. plane in fine. Virgo MARIA, Ioannem; interque feminas, b. Lib. 2. de Deliboriam, Annam, Samuelem matrem, Iudith, Esther, pre. merit. c. alteram Annam s. Iliam Phanael, Elisabeth, ipsam etiam Domini ac Salvatoris nostri Mariam, quam sine peccato confiteri necesse esset pietatis: maximeque c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48.

Non tamen illos veluti partem aut cardinem
 sui dogmatis sed veluti exempla dumtaxat
 proferunt, de quorum tamen non sunt multum
 veritate solliciti. Aperte quippe non raro pro-
 fitentur, non se defendere, quod quisquam
 sine peccato sit vel fuerit, sed tantum esse possit
 si velit. Audi ipsum Hæresiarum dogmatis
 sui ac distinctionis interpretem: *Aliud est que-
 rere an possit aliquid esse, quod ad solam possibi-
 litem pertinet, aliud utrumque sit. Ne que ego dico hominem
 esse sine peccato; neque tu dicis, non esse hominem sine
 peccato. De posse & non posse, non de esse & non esse
 contendimus. Ex quo capite ad omnes illas scri-
 pturas, quibus dicitur nemo natus à sordibus esse
 qui non peccet, si dixerimus quia peccatum non habemus; 1a 70.
 & similes, uno verbo respondet, huiusmodi exem-
 pus ostendi quales homines quidam tempore aliquo fue-
 rint, non quod aliud esse non potuerunt, unde & iure in-
 veniuntur esse culpabiles. Nam, inquit, si idcirco tales
 fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, culpa cavent. Et
 inferius cum ad illum Apostoli locum, non nes pecc-
 caverunt, Respondisset hoc de illis intelligi qui*

Lib. de nat. & grat. c. 7.
1ob. 14. iux. 1. Reg. 8. 1. Ioan. 1. Lib. de nat. & grat. c. 7.
1ob. 14. iux. 1. Reg. 8. 1. Ioan. 1. Lib. de nat. & grat. c. 7.
Rem 3



tunc erant Iudæis & Gentibus, hoc est, non de omnibus omnino, subjungit: sed esto consentiam, quia omnes peccatores suis se restatur. Dixit enim quod fuerint, non quod aliud esse non poterint. Quamobrem etsi omnes homines peccatores possent probari, defensionem tamen nostram nequaquam id obesse, qui non tam quid homines sint, quam quid possint esse defendimus. Quam potestatem tam pertinaciter in illo toto libro asserit, ut apertissimam illam scripturam, linguam autem nullus hominum domare potest, addita interrogationis nota corrupat, quasi per exprobrationem diceretur, ergone linguam nullus hominum domare potest? Tanquam oburgans, inquit Augustinus, & dicens domare fratras potestis, linguam non potestis? Quasi facilius sit linguam domare quam fratres. Nec dissimiliter Celestius libro de perfectione iustitiæ multis rationibus hoc tantum aluit, hominem sine peccato esse posse. Da mihi (inquit, ex persona adversarii sui) hominem sine peccato. Et respondet: Do tibi qui esse possit. Et rursum interroganti: Quis est? Respondet: Ipse tu. Quo si dixeris, inquit, ego esse non possum; responde domum est: Cuius culpa est? Quod si dixeris: mea; dicendum est: & quomodo tua est si ipse sine peccato esse non potes? Notavit & Divus Hieronymus hanc eorum versutiam. Illud quoque argumentum vestrum, inquit, scire quis possit? Dicitis his verbis: aliud esse, aliud esse posse. Esse non est in nostra potestate, esse autem posse, generaliter dicit: quod licet alius non fuerit, tamen possit esse qui esse voluerit. Vbi tamen cum eos docere dicit, esse non est in nostra potestate, non recte sensum eorum cepisse vel explicuisse videri potest, quod & in alijs nonnullis ipsi contigit. Nam hoc ipso quo docebant nos sine peccato esse posse, si volumus, sentiebant, ipsum esse sine peccato, in nostra esse positum potestate. Ut enim rectissime docet Augustinus: Hoc quisque in potestate habere dicitur quod si vult facit, si non vult non facit.

Plerumque tamen non contenti solam non peccandi possibilitatem humanam vendicasse voluntati, acerrimè solent pro ipsa adepta perfectione dimicare. Hinc enim scripturas omnes quibus omnes homines peccatores esse referuntur, studiosissime conantur solvere quæ admodum paulò ante aliqua ex parte diximus, ut multos perfectionem iustitiæ adeptos esse, se sentire declarant. Vnde de Apostolo Paulo imperfectum se profitente dicit Pelagius: Quomodo negat se esse perfectum, si alij sunt, nisi humilitatis gratia, hoc dicit in accipio? Oblitus nempe sui est, qui de eadem alibi questione disputans acutissime dixit atque verissime: In qua magis parte humilitas collocanda est? sine dubio falsitatis, si in ea qua veritatis probatur esse superbia est. Et alio in loco ejusdem Apostoli perfectionem

A asserens & probans: Apostolus dicit, inquit, bonum certamen certavi, fidem servavi, circum constantiam, super: mihi corona iustitiæ: quod non diceret si haberet ullum peccatum. De Sanctorum verò orationibus, quibus passim sua peccata deprecantur, & illa Danielis apertissima, peccavimus, inique egimus, iniuste gestimus, & recessimus a mandatis & iustitijs tuis, & cæteris huiusmodi solent (quod Hieronymus observat) dicere: Quod & David & Daniel & omnes propheta non pro se qui sancti erant, sed ex persona populi sunt locuti. Quam eorum perverlam lententiam & Augustinus insinuat: Et eodem domitio nobis debita iustitia, eos pervertisse jam supra diximus. Hinc illa fluxit calumnia qua Catholicos insectantur quasi dicerent Apolos ac Prophetas quos peccasse asserunt, non plene sanctos deitari, sed in comparatione peccatorum minus eos malos fuisse: & hanc esse iustitiam cui Deus te, in nun perhibet, ut quomodo dicit Propheta, iustitiam secundam comparatione Iudeorum; sic etiam triumphosorum comparatione dicerent aliquos sanctos exercuisse virtutem. Ita Pelagiani religionis amatores & laudatores videntur sibi esse Sanctorum, si non audeant dicere imperfectæ illos fuisse virtutis.

Subinde tamen hanc moderatione videntur adhibere velle sui sententia, quod nemo per totam vitam sine peccato fuerit, sed tantum post longum perfectionis studium ac laborem, cum enim in Synodo Palestina Pelagius fuisset objectum quod in libro Capitulorum docuisset: Possit hominem si velit esse sine peccato, ita se defendendo respondit: Non diximus, quod inveniatur aliquis ab infæntia usque ad senectam qui nunquam peccaverit, sed quomam à peccatis conversus proprio labore & Dei gratia posuit esse sine peccato. Vbi cum dicit, à peccatis conversus, ostendit priorem vitam in peccatis agi, quo sensu hanc impeccantiam Divo Hieronymo teste, Origenes docet. Subinde verò nonnullos per totam vitam nihil omnino deliquisse confirmat. De illis, inquit Pelagius, quorum iustitia scriptura meminit, & peccatorum sine dubio meminisset, si quia eos peccasse sensisset. De hominibus primis loquitur: ex quibus cum Adam, Eua, Cain Scriptura eadem teste peccasse commemorasset de Abel subiicit: Quod si & Abel peccasset, & hoc sine dubio Scriptura dixisset, si non dixit ergo nec ille peccavit. Et generalis est sententia Celestij: Quomam ante adventum Christi fuerunt homines sine peccato. Notavit hanc ejus Antilegiam Augustinus, uni ex iudicibus Pelagij Palestinis scribens: Fateatur ergo, inquit, quod ad Iosam peccaverit Abel &c. & respicias librum suum ubi Iosam dixisse constat, quod ait in hac defensione (in rōf. Synodo Palestina) non diximus.

Lib. de nat. & grat. c. 42

Iacobi 3.

Lib. de nat. & grat. c. 15

Lib. de perf. iust. c. 7.

Epist. ad Cresiph. vers. finem

Lib. de spir. & litt. c. 31.

In Comment. c. 3. ad Philipp. n. 30.

Lib. de nat. & grat. c. 34

Daniel 9.

Lib. 2. dial. advers. Pelag. in fine.

Lib. 2. de pecc. meriti. & remiss. to supra c. 15.

Lib. 3. ad Bonif. c. 11.

Lib. de gest. Pelag. c. 6.

In proemis dial. advers. Pelag.

Lib. de nat. & grat. c. 37

Ibid.

Lib. de gest. Pelag. c. 17.

Epist. 252 ad Iosam.

Epist. Hieron. ad Iosam.

Non

Non peccandi non modo possibilitatem, sed etiam facilitatem asserunt.

CAPVT XVIII.

SEd parum Pelagianis fuit possibilitatem vivendi absque peccato omnibus hominibus tribuere, etiam magnam tantae rei facilitatem asserunt. Hinc Hæresiarca ad Demetriadem: Quod idem à nobis facere dicitur (laudanda scilicet natura) ut tibi placere noniam ad perfectam iustitiam sternere tuam, quam eos facilius currere possis quam in ea nihil asperum, nisi ille inaccessibile esse cognoveris. Quam sententiam infra latius ita prosequitur, ut eos qui de duritie præceptorum & humana fragilitate conqueruntur, Deum duplicis ignorantia accusare dicat, quasi nescit quid faciendo hominem fecerit quid iubendo præceperit. Familiaris namque Pelagianorum consuetudo est, præceptorum facilitatem inculcare Facilitas, inquit Hieronymus, dicitur Dei esse mandata & tamen non illi proficere potes qui unquam compleverit.

Epist. ad Demetriadem.

Epist. ad Crispin.

Proverb. 20.

Lib. 2. dial. ad vers. Pelag. non procul a fine.

Lib. de perf. iust. c. 1. apud Aug.

1. Ioan. 5.

Lib. de gestu Pelag. c. 30.

Epist. 88. apud Aug. rid. & Ep. 95. vers. 60. & lib. de gestu Pelag. c. 35. ubi testatur illum Pelagium fuisse doctorem.

Epist. de gestu Pelag. c. 30. & 31.

Aug. cont. Jul. c. 3.

ostendendam, Pauli Apostoli verba pertractans: ne iudicium, ait, & inaccessibleium homini præcipere videret, verbum de eum utidine usurpavit, imperf. cont. ut in manum dicitur id est, facile, tractabile & quod iust. fol. 454. causam comparatione miscuit. Quod enim appposito Dei adiutorio impietatem tantillum temperat, mirum est astutia versipellis ludibrium, quo legem atque doctrinam pro divina gratia adiutorio minus cautis conatur obtrudere.

Lib. 2. operis imperf. cont. iust. fol. 454.

Ex hac igitur facilitatis iustitiae opinione quam tota illa hæresis contra Catholicos plenius buccis prædicat, gloriatio illa nascitur qua passim iactare solent, quod cum se audiunt, a. c. nduntur b. mince ad virtutem, cum autem Catholicos doctores audiunt, de desperatione franguntur ac renuntiant, iudis perf. lib. 1. Itemque se propter perfectionis prædicationem invidiam pati.

Aug. lib. 2. cont. Iul. 8. vide & lib. 3. c. ult. & lib. 1. operis imperf. 106.

Quæ quidem perfectionis facilitas duobus apud eos carminibus vertitur. Primus est quod concupiscentiam quæ omnium tentationum nostrarum seminarium est, jusque motus quibus terrenis rebus inhiat, malos esse pernegarent. Eo proposito, ait Iulianus, non esse in natura a malum defendimus, ut ad virtutem st. dia homines incitemus; inculcantes nullam eum in ita rationem esse virtutis, ut non ad illud, adjuvante Deo, mens qui ad stultis evadere. Et alibi: homines convenimus, ne vobis celeres, emendationis desperatione frangantur, & recedant ab erediis ne Christi, quasi ea præcipientis quæ capere in rationem natura non possit, quippe malo aggravata cogentio. Qua de re plura supra diximus. Videbant enim difficillimam esse perfectionem vivendi absque peccato si homini ab ipso ortu ingenti fuit motus mali, contra quos perpetua contentione dimicandum sit; facilem vero si motus huiusmodi statuatur naturaliter boni. Advertit hanc eorum versutiam scopumque, fugillatque Augustinus dicens: Ita quippe potest facillime vera etiam esse vestra sententia qua dicitur hominem sine peccato esse si velit, non est enim quoniam odo faciat quod non licet, quando licet quidquid libet, quia bonum est quod naturaliter libet &c.

Lib. 3. cont. Iul. c. ult.

Lib. 1. operis imperf. cont. Iul. f. 166.

Alter cardo quo facilitas illa nititur, est naturalis possibilitas & flexibilitas voluntatis. Non peccare enim fit voluntatis arbitrio; quidquid ex voluntatis pendet arbitrio, consent illi, hoc fit si velis, non fit si nolis. Vnde Celestius, si voluntate fit ut sine peccato non sumus, per facile potest voluntati voluntate mutari. Et usitata illa inter Pelagianos ratio & vox: Si iust. c. 6. nolimus non peccamus, quæ profecto si vera est, omnes omnino bene vivendi difficultates velut fulmen proterit. Sed de hac liberi arbitrij potestate plura superius consulenda sunt.

Lib. de perf. iust. c. 6.



Ἀπάθειαν inducunt quid illa sit, & unde hausta. Differentia inter impeccantiam & impeccabilitatem: inter sine peccato esse & ἀναμάρτητον.

C A P V T X I X.

EX hac non peccandi facilitate ad asserendam perfectam ἀπάθειαν progrediuntur. Quo nomine nihil aliud significatur, quàm perturbationum quibus animus humanus inquietari solet seu passionum impassibilitas: nimirum ut non tantum fracto impetu regantur ac temperentur, sed etiam funditus extirpentur, vel ita certe domentur rationis freno, ut nunquam homine commoveantur invito. Hunc fuisse Pelagianorum sensum luculentè declarat Augustinus. Nam cum Beati Ambrosij præclara verba ab omnibus Christianis audienda laudasset, quibus in libro de fuga seculi docet, non esse in potestate nostra cor nostrum & nostras cogitationes que improvise effusa mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu proposueris, ad secularia revocant, mundana inserunt, voluptuaria inveniunt, illecebrosa intexant, ipsoque in tempore quo elevare mentem paramus insertis manibus cogitationibus ad terrena plerumque decimur, de arrogantia sententiæ Pelagiana subiicit: Hac si vos non patimini ignoscite, non vobis credimus: &c. Vobis autem etiamsi credamus & dicamus, orate pro nobis ut nec nos ista patiamur, ita vos invenimus elatos & alta sapientes, ut respondeatis nobis, non solum ista vos non patit, verum etiam in hominis esse potestate ne ista patiatur, nec esse causam cur ad hoc Dei postetur auxilium. Vera esse sensu Pelagianorum quo Augustinus hic ipsis tribuit, etiam Divi Hieronymi elarescit testimonio: Pollicitus sum, inquit, me ad cunctas coram qui ἀπάθειαν vers. Pelag. predicant, questivunculas responsurum. Et Pelagij orationem scriptis suis inserit; Hæres, inquit, Loviniani loquitur, sine omni peccato sum &c. Alij elausi cellulis & feminis non videntes, quia miseri sunt & verba mea non audiunt revertentur desiderijs: ego etiamsi mulierum vallor agrivibus, nullam habeo concupiscentiam. De me enim dictum est: Lapidem sancti volvuntur super terram: & ideo non sentio quia liberi arbitrij potestate sum. Insolentissimam magistri sui arrogantiam videtur imitatus fuisse inveteratus quidam dierum malorum Seneca qui tempore Gelasij Papæ tantam dicebat inesse homini potestatem liberę voluntatis, ut si vellet, inter adolescentulas posset versari, contrectare & tamen nullatenus inquinari ex hoc sensu ἀπάθειαν illa opinor fluxit sententiæ, quæ Pelagio in Paletina Synodo objecta & in alium ab eo sensum detorta fuit, malum nec in cogitationem venire. Quamvis enim ut damnationem Episcopalem evaderet tantummodo significari diceret, debere studere Christianum ne mala cogitet, amplius tamen voluisse verissimillimum facit Origenes omnium Pelagia-

A norum fons, qui simili profus modo docet: Vitam sanctum cum ad virtutum venerit summitatem ne in nocte quidem ea pati qua hominum sunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titillari. Atque huius Origenianæ doctrinæ Pelagianum esse ramusculum Sanctus Hieronymus tradit. Quamquam nec Origenes huius impassibilitatis primus author fuit. Nam ut nihil de Manichæo dicam, qui suos electos, inquit idem Hieronymus, quos inter annas latens in celestibus collocat, dicit omni tempore cavere peccato, nec si velint posse peccare. Ad tanta enim eos virtutum culmina transcendisse ut carnis operibus illudant, jam olim Stoici putantur fuisse illius ἀπάθειαν sive imperturbationis auctores. Illi enim passiones animi asserunt extirpari posse de mentibus, & nullam fibræ radicemque vitiorum in homine omninò residere meditatione & assidua exercitatione virtutum. Quamquam nonnulli putent, atque inter eos Augustinus, aut nihil aut penè nihil distare inter Stoicorum aliorumque Philosophorum opinionem de passionibus & perturbationibus animorum. Virisque enim, inquit, mentem rationemque sapientis ab eorum dominatione defendunt; & ideo fortasse dicunt Stoici eas in sapientem non cadere, quia nequaquam eius sapientiam qua utique sapiens est ullo errore obnubilant aut labe subvertunt. Accidunt autem animo, salva serenitate sapientis, propter ea quæ commoda vel incommoda appellant. Cui planè consentire videtur Seneca Stoicæ philosophiæ peritissimus, multis in locis. Sed sive sapientum sive vulgiantum opinio Stoici ἀπάθειαν putentur amatores, Pyrrhonem tamen aliosque nonnullos Philosophiæ Principes eam ante Pelagium astuxisse testis est Plinius. Exit, inquit, hic animi tener (æqualitas) aliquando in rigorem quendam torritatemque naturæ duram & inflexibilem affectusque humanos admittit: quales ἀπάθειαν Græci vocant, multos eius generis experti: quodque nunquam sit auctores maximos sapientia Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem. De Pyrrhone etiam Cicero: Aristem summum bonum est in rebus medijs neutram in partem moveri: qua ἀδιάφορα ab ipso dicitur: Pyrrho autem ea ne sentire quidem sapientem, quæ ἀπάθεια nominatur. Quibus Stilponem addit Seneca & Pythagoram Sanctus Hieronymus. Ex his ergò fontibus hausit ἀπάθειαν perfectorum virorum Origenes, & plerique Originistæ, inter quos Evagrius Hyperborita teste eodem Hieronymo librum περὶ ἀπάθειαν condidit. Accessit istis paulò ante Pelagium Iovinianus, cuius, inquit idem, O Pelagi, à te nunc hæresis suscitatur. Et alibi: Ioviniani secunda questio

Lib. 2. cont. Jul. c. 8.

In proem. Dialog. ad vers. Pelag.

Lib. 2. Dial. advers. Pelag.

Gelas. in Epist. ad univers. Epist. per Picenum Ep. 5. Tom. 1. Epist. Rom. Pontif. Aug. lib. de gestis Pelag. c. 4.

Hieron. Ep. ad Cresiph.

Ibid.

Lib. 9. de civit. c. 4.

Epist. 71. de provid. de ira lib. 1. c. 16.

Lib. 7. p. 19.

Lib. 4. Acad.

Epist. 9. ad Cresiphianit. c. lib. 2.

Dialog. advers. Pelag. fol. 862.

In proemio Dialog. advers. Pelag. Epist. ad Cresiph.

quaestio tui ingenij disciplina est. Quod an ita se habeat merito dubitari potest. Nam secunda Ioviniani propositio eodem Hieronymo auctore hæc est: *Eos qui fuerunt baptizati, non posse tentari, & consequenter non posse peccare*, hanc enim Ioviniani esse sententiam, scripturæ quas allegat probant. Pelagius verò tametsi fieri posse dicat ut in perfectionis atque adeo *ἀναμάρτων* culmine constitutus non tentetur neque peccet amplius nunquam tamen ei peccandi possibilitatem admittit, quasi si etiam vellet peccare non posset. Hoc enim capitulissimo totius doctrinæ Pelagiana principio à diametro aduersatur. Nihil enim diligentius commendant inculcantque Pelagiani quam dominatricem illam arbitrij libertatem, qua in utramvis sive boni sive mali partem homo flectitur, & quam humanæ naturæ essentialem & inamissibilem prædicant ut suo loco fuisset demonstrauimus. Quid quod disertis verbis hunc sui dogmatis esse sensum Pelagiani negant? Nam primus hæresis illius architectus cum in Concilio Palestino premeretur quod hominem sine peccato esse posse dixisset, hoc ita se dixit intelligere, *quoniam a peccato conversus proprio labore & Dei gratia (natura) possit esse sine peccato: nec per hoc tamen in posterum inconvertibilis*, quid ad inconvertibilis nisi non carens potestate ad peccata se convertendi? Quem sui magistri, totiusque hæresis esse sensum totis ratiocinandi viribus agit demonstratque Iulianus, falsissimum hominibus boni necessitas imprimatur. Quamobrem, quod salua tanti viri reuerentia ac pace dixerim, minus accuratè videtur Divus Hieronymus in ipsis iniurijs nascentis hæresis sensum eorum latebrasque penetrasse; verborumque vicinitate delusum, *posse non peccare, & non posse peccare*, pro ipsdem usurpatte. Quod duobus iudicijs liquido declarari potest. Vno, quod libro secundo Dialogorum dicit: *Successor Ioviniani audeat loqui, eos qui plenum baptisma consecuti sunt, non possententari, imò aljs verbis posse hominem baptizatum, si voluerit, nequaquam ultra peccare*. Vbi posse non peccare, seu non peccare, & non posse tentari indifferenter pro ipsdem sumit. Altero, quod etiam Origenis sententiam esse dicit, *ad tantam fortitudinem hominem pervenire ut ultra peccare non possit*. Vbi nisi illud, *peccare non possit*, ita accipiamus, ut tantum significet fieri posse, ut homo perfectus, non peccet amplius, dogma traditur capitaliter ipsis eardinibus Origenicæ doctrinæ contrarium. Quid enim apud ipsum certius, stabilis, inculcatus, quam inamissibilem esse illam voluntatis indifferenciam qua semper in bonum ac malum flectere arbitrium potest? Usque adeo ut ex hoc solo principio perpetuos illos salvandorum damnandorumque circuitus et-

A jam in dæmonibus ac Sanctis Angelis fabricaverit, ut ex libro primo *περὶ ἀρχῶν* peripicue patet. Addi potest & tertium; quod cum Hieronymus alicubi dicat Pelagium cum Ioviniano sentire, quod homo perfectus ultra peccare non possit, in ipsa tamen cum illo dogmate velitatione atque congressu passim nihil impugnat aliud quam quod hominem sine peccato esse posse delirer.

Quam vocabulorum latinorum indifferenciam Hieronymus fortassis ex Græco mutatus est. Nam quod nos non peccare, atque etiam non posse peccare dicimus, hoc Græci uno verbo *ἀναμάρτων ἔσθαι*, vel *ἀναμάρτων ἔσθαι* vocant ut à Scapula & Henrico Stephano observatum est: pari fere modo *impeccabilem* esse latius utrumque significare potest, & cum qui in eo perfectionis statu est ut ultra non peccet, & eum qui peccare non potest. Hæc ergo causa est, cur Pelagius quando pervicacissime hominem sine peccato esse posse confirmabat, & accerrimus erat *impeccantia prædicator* negaret tamen se *ἀναμάρτων* aut *impeccabilitatem* inducere aut profiteri. Nam cum quidam paulò ante iudicium Palestinum coram Ioanne Hierosolymorum Episcopo Pelagium accusaret quod hominem si voluerit sine peccato esse posse diceret, respondit ipse: *Non dixi, quoniam qui voluerit pro propria salute laborare & agonizare ut non peccet, & ambulet in præceptis Dei, habet hanc possibilitatem à Deo*. Hæc est hæbet à Deo ut possit non peccare. Ecce quam apertum discrimen inter *possibilitatem non peccandi* seu etiam *impeccantiam* quam prædicabat, & *impeccabilitatem* Pelagius ponit. Nam *impeccabilem* esse non nudam *impeccantiam* sed peccare non posse significat, auferendo non solum peccatum ex vita hominis sed ipsam etiam peccandi potestatem. Quod ne quis ex eius doctrina suspicaretur sequi, idè superius dogmati suo præmuniendo addidisse diximus, *Non tamen imposuerim inconvertibilis*. Simile quid & in Græco eum fecisse testatur Hieronymus. *Aiumi*, inquit, *posse hominem sine peccato esse si velu, quod Græci dicunt ἀναμάρτων*. Et quia hoc Ecclesiarum per orientem aures ferre non possunt, *simulant se sine peccato quidem dicere, sed ἀναμάρτων dicere non audent*. Nimirum, ut arbitror, quoniam ethi sine peccato & ἀναμάρτων idem omninò esse videantur, ut sapius Hieronymus docet, subinde tamen ἀναμάρτων ἔσθαι & ἀναμάρτων, non pro nuda *impeccantia*, sed pro ipsa *peccandi impotentia*, seu *impeccabilitate* sumuntur. Vidit hoc notavitque etiam Iustus Lipsius, dum Laertij in Zenone verba *ἀναμάρτων ἔσθαι τῶν σοφῶν τῶ ἀπειράτων ἔσθαι* Latine reddit, *Impeccabiles sapientes esse quia labi non possunt, & Cynicorù effatum τῶν σοφῶν ἀναμάρτων τῶν sapientè sine peccato, imò impeccabile esse.*

Lib. 2. ad vers. Iovinian,

Lib. de gestu Pelag. c. 6.

Vide lib. 1. eper. imperf. cont. Iul. f. 145. & seq.

In premissis Dialog. ad vers. Pelag.

c. 7. & c. 8. alibi.

in verbo ἀναμάρτων.

Hieron lib. 1. Dial. ad vers. Pelag.

Lib. de gestu Pelag. c. 30.

Lib. de gestu Pelag. c. 6.

Epist. ad Clesiph.

Ibid. & lib. 2. Dial. ad vers. Pelag.

In manudue. ad Stoic. Philos. lib. 3 c. 15.



Ecclesia tota ex solis iustis & non peccantibus conflatur.

CAPVT XX.

NEQVE verò paucos aliquos hic illic sparsos inveniri perit. Hos viros volunt, sed eo prorumpunt superbiæ ut Ecclesiam totam in hoc mundo peregrinantem ex solis huiusmodi iustis constituant. Augustinus: Etiam hoc audent elatigiani dicere hominem iustum in hac vita nullum habere omnino peccatum. Et in talibus omnibus esse iam in presenti tempore Ecclesiam non habentem maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi; quæ uero & sola spes a sit Christi. Et fastum eorum depingens alibi: sunt quidam, inquit inquit, utres, sed spiritu elationis pleni, non magnitudine meritis, sed superbo morbo tumentes, ut dicere audeant iuxta beatum nes absque peccato. Dicunt ergo istos prorsus in hac vita nullum habere peccatum. scilicet nec factum, nec verbo, nec cogitati ne, ut ibidem explicat. Hæretici autem sunt Pelagiani inique Celestiani qui hoc dicunt. Et paulo post: Et cum eis dicitur, qui sunt isti iusti qui sine peccato sunt? Respondent & dicunt: tota Ecclesia. Mirari potuissem, si inuenirem unum, duos, tres, decem, quod quærebatur Abraham: Abraham enim à quinquaginta ad decem descendit: Tu hæretice respondes & dicit mihi totam Ecclesiam. Unde hoc probas? Probo, inquis &c. Nempe illo Apostoli ad Ephesios loco, ad quem alludendo, dictum est Pelagiano in Synodo Palæstina, quod diceret: Ecclesiam hanc esse sine macula & ruga. A qua sententia non videntur procul abuisse Donatistæ: quamquam aliquod discrimen agnoscat Augustinus quando dicit: Unde etiam Donatistæ diuturni in nobiscum habuerunt in nostra conversatione conflictum, sed illos

A de permixtione malorum in hominum tanquam paleam cum frum. utis propter are similitudinem potius utgelimus: qua similitudine etiam in his respondere possimus; nisi Ecclesia in solis bonis velle situisse intelligi, quos nulli omnino asserunt habere peccatum, ut possit Ecclesia hic esse sine macula & ruga. Vbi hoc discrimen inter utrosque statui, quod Donatistæ illam esse Christi Ecclesiam faterentur, quæ eadem arca comprehenditur, eodem recti Sacramentorum concluditur; quorum ambitu sine dubio palea & triticum, mali pices & boni continentur: Pelagiani verò dicerent quantumvis iisdem Sacramentis & verbo Dei boni & mali, iusti iniusti que viderentur & eadem arca contineri, in solis tamen iustis Ecclesiam perfectam esse consistere. Ex hac ergo vena videtur fluere & istud Pelagij pronuntiatum, quod Augustinus & Hieronymus vehementer carpunt: in die iudicij iniqui & peccatoribus non esse parandum sed æternis cognibus exurendis. Quod quamvis Pelagius à Synodo Palæstina: presulis de peccatoribus illis exposuerit, quibus fulmen iudicis Dei intorquetur: Ite maledicti in ignem æternum: generalius tamen illa verba sonant; quæ propterea Sancti illi tanquam ex hæretico sensu quo Dei misericordia omnibus omnino peccatoribus in iudicio interdiceretur, prolata confutant. Nimirum omnes ita perfectos esse debere statuunt, ut omnibus omnino peccatis careant, alioquin tanquam extra Ecclesiam constitutos cum Ethnicis & Paganis sententia damnationis esse feriendos.

Perfecti viri in hac vita æquales beatis & Angelis Dei.

CAPVT XXI.

QUAM quidem perfectionem eo usque decernunt in hac vita progredi ut nec in futuro quicquam adijci posse videatur. Pelagiani dicunt, ait Augustinus, iustos in hac vita ideo velle veluisse, quia sine ullo peccato vixerunt in tantum ut vita futura quæ in premio speranda est provektor & perfectior esse non possit. Ex quo fit ut inter hominem iustum in hac vita & inter Angelos quantum ad iustitiæ perfectionem attinet, nihil interesse arbitrentur, sed sola dumtaxat resurrectionis immortalitate distare. Testis illius insolentiæ Augustinus, qui allatis Apostoli verbis; Non quia iam acceperim aut perfectus sim, Pelagianam responsionem subiicit. Adhuc contradicitur (à

A Pelagianis) & dicitur: Dicebat ista Apostolus, quia nondum pervenerat ad immortalitatem non quia non pervenerat ad iustitiæ perfectionem. Iam ergo tam iustus erat quam sunt Angeli, sed nondum immortalis sicut Angeli. Quam illorum verborum interpretationem etiam in Commentarijs suis Pelagius profert. Illum verò apertissimum locum: Ne magnitudo revelationum extollat me, datus Philippo, est mihi simul carnis mee angelus factus: ana qui me colaphizet, quo suam Apostolus cõfiteretur infirmitatem, ita pervertunt ut dicant: Confiteretur infirmitatem sed carnis non mentis: confiteretur infirmitatem sed corporis non animi. In animo autem est perfecta iustitia non in corpore. Unde Augustinus de Iuliano ambulante in mirabilibus supra se

Ib. de dono per se, c. 5.

Serm. 29. de verb. Apost. c. 2.

Ib. de gestis Pelag. c. 12.

Ibid. c. 12.

Ib. 4 ad Bonif. c. 11.

ad Philipp. 3.

Aug. ib. de gestis Pelag. c. 3. Hieron. ib. 1. dial. advers. Pelag. colium. 83.

Serm. 5. de verb. Apost. c. 4.

sed

Lib. 6. cont. Sed tu tanquam in celo iam inter Angelos immittitur. Lib. 6. 13. iter habitans verba infirmitatis & non saluatus irridis. Atque ideo humilitatis causa voluit Apostolum dicere se non esse perfectum. De testatur hanc eorum superbam arrogantiam humillimus Doctor in litteris ad Bonifacium: Quam vero est (ait) non dico imprudens sed insaniam a superbia nondum esse aequales Angelis dei & putare se iam posse habere iustitiam aequalem Angelis Dei.

A Quod quia Augustinus atque Catholici manifestissimis scripturarum testimonijs e octi pernegant, hinc nata illa calumnia: Quod post ibid. reser estionem tales processus futurus esse dicunt, ut ibi incipiant homines qua hic natiuerint. De mandata complece; nempe quia Catholici dicunt non in hac vita, sed in futura, nullum omnino futurum peccatum, neque cum aliqua peccati cupiditate conflictum.

Homo per liberum arbitrium fit in hac vita æqualis Deo. De superbia Pelagianorum.

CAPVT XXII.

VT verò nihil desit, quo minus omnium iudicio praesumptionis atque superbiae palmam ferant, eo usque extendunt indomita illius libertatis vires virtutumque profectum efferunt, ut mortalem hominem ipsi Deo tandem æqualem fieri dicant. Nam de Pelagianis loquitur quando cum Romacho Hieronymus dicit: *Quæ enim potest alia maior esse reuerentia, quam Dei sibi non dicam similiter ducim sed aequalitatem vindicare & breui sententia omnium hæreticorum venena complecti? De Pelagianis loquitur quando fontes deteges unde suas habuerunt blasphemias: Quorum omnium (hæreticorum) ista sententia est, inquit, posse ad perfectionem & non dicam ad similitudinem sed aequalitatem Dei humanam virtutem & scientiam pervenire ita ut asserant se ne cogitatione quidem & ignorantia, cum ad contemplationis culmen ascenderint, posse se cavere. Quamquam istud de asserta Dei aequalitate (ut quod verum est fateamur) non tam doctrinam eorum proferendo quam ex doctrinæ eorum colligendo atque inferendo Hieronymus tradere videtur. Quod alius ipsius locus perspicuum facit, ubi sic loquitur: Vestrum decretum hucusque pervenit, ut dum singula calomniantur, manum inieciant Deo, cur solus Deus sit, cur videtur creaturis ut non omnes eadem possent manifestate. Quod licet non dicatur (neque enim tam insani estis ut aperte pugnetis Deo) tamen alijs verbis loquimini, rem Dei homini comparantes ut sit abique peccato, quod & Deus est. Nimirum inde colligit eos hominis cum Deo aequalitatem tradere, quod hominem haud secus ac Deum sine peccato esse constituant. Quod non ita ab illo Sancto Doctore intelligitur ut verba sonant, quasi hoc ipso quod quilibet sine peccato vivat sit confestim a qualis Deo, quod falsum esse & Sanctus Augustinus docet & Angelorum in beata vita status testatur. Sed tunc tantum si istam perfectionem suapte natura (ut Pelagiani ponunt) propriisque virtutibus consequatur. Hoc enim sine dubio est soli proprium Deo. Quem sensum suum ipse Hieronymus multis in locis indicat, ut quando dicit: Ille (Christus) nihil potest ex se facere, ut hominis iudices veritatem. Tu potes omnia peccata vitare (scilicet per te sine adjuvante Deo) ut adhuc in corpore constitutus æquales (id est*

æqualem Deo) esse te doceas. Et clarius libro primo: Non intelligi qua propoertus. Neque enim homo potest esse sine peccato, quod tua habet sententia; sed potest, si voluerit, Deus hominem servare sine peccato & immaculatum sua misericordia esse dire. Vnde aliquoties repetit: Tolle posse, nempe per suas vires, & ego esse concedam. Quomodo enim potest, qui per se non potest. Quod aperte illius aliquanto post in fine libri tertii declaratur, adductis verbis Domini, Nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum. Sed quod Pelagium adversus quem Hieronymus cimpat, non ausum fuisse dicit ut divinam sibi aequalitatem arrogando aperte pugnet Deo, hoc discipulus ejus Celestius præstitit. Eo namque insania progressus est, ut ex illo quod ait Petrus, divina nos esse confortes naturæ, conlequens esse diceret, ut ita possit esse an ma quem admodum Deus Syllogismum enim istum tacere accusetur apud Iudices Paestinos: Quoniam si an ma non potest esse sine peccato ergo & Deus subiacet peccato, cum pars hoc est anima, peccato obnoxia est. Quod quidem in undecimo capitulo libri qui Celestij esse ferebatur, his verbis legisse se Sanctus Augustinus dicit: Quomodo quisquam illius rei consorium suscepit, si cum stant & virtute extraneam esse definiatur. Vnde qui ista in Palestina Synedo Pelagio tanquam magistro Celestij objicere, sic acceperunt tanquam ejusdem naturæ Deam atque animam esse diceret. Haulit impietatem istam & stultitiam à Stoicis: quorum istud essatum fuit, sapientem Deo parem. Audi effertentes sese sapientie humane voces: Sapiens ille plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcusus, cum dicitur ex patre virum. Et ineptius delirantis: Solebat sapiens dicere Lovem plus non posse quam bonum virum. Plura Iupiter habet qua præstet hominibus, sed inter duos bonos non est ille melior qui locupletior. Quibus paria Cicero cum stonizat & Epictetus habent. Et in apice stultitiæ insipientis: Deus non vincit sapientem felicitate utransi vniatitate. Imò verò (horror est vel audire) est aliquid quo sapiens antecedit Deum, illa natura beneficio non suo sapiens est. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Nonne istud est quod vertiginosa illa superbia eructavit, quando hominem si sine peccatis viveret, Deo meliorem

Epist. ad Cleopli.

In preem. dial. advers. Pelag.

Lib. 1. dial. advers. Pelag.

Lib. de nat. & grat. c. 33.

Lib. 2. dial. advers. Pelag.

Lib. 3. dial. advers. Pelag. paulo post initium & lib. 2.

Lib. de gestu Pelag. c. 35.

Ibid. c. 18.

Ibid. c. 35.

Sena Epist. 59.

Epist. 73.

Cicero 2. de nat. Deorum.

Epict. diss. c. 12. & diss. 2. c. 15.

Epist. 53.

*A*uthor q̄. meliorem fieri arbitratur? Quia natura, inquit, rei. & non quia potest peccare, sicut & non peccare, si semper *Typh. 9. 109.* vinceret, illi natura preponderanda erat que ideo non peccat, quia impassibilis est. Et ne sine ratione dilasile videretur; Non enim (adij. it) magnam videret non peccare, quia non potest: magnificentiam a rem si cum posset peccare, non peccaret.

En tandem limitem insanæ Pelagianæ & culmen gantæ superbiæ, esse natura, hoc est essentia, consortes, virtute pares, si non superiores Deo. Quid ipse Lucifer hæresicon omnium architectus, arrogantius & detestabilius comminisci & persuadere potuisset? Nonne istud ipsum telum fuit, quo primos homines in paradiso vulneravit, stravit atque interfecit? *Genes 3.* *Aperiantur, inquit, oculi vestri, & eritis sicut Dii scientes bonum & malum.* Quod tanto impetu in eorum viscera vibratum est, ut cuspis in ipsas intimas fibras nondum natæ posteritatis penetraverit. Hinc ille fastus perpetuus humani generis morbus quo ab initio ineffabilis illius roinæ nonnulli suæ virtutis, suæ iustitiæ, suæ felicitatis authores esse voluerunt; videlicet ut tanta potestatis scientiæque testimonio posteri ostenderent id quod diabolus majoribus suis pollicitus fuerat non imprudenter eos aut temere credidisse. Quod malum quamvis in omnium hominum cordibus inquietissimos tumultus excitet mundumque perturbet, in Stoicis tamen, Iudæis, atque Pelagianis in scdissima erupit scditates. *Rom. 3.* Omnes enim isti, ignorantis Dei iustitiam, &

A suam volentes constituere, iustitia Dei ejusque gratiæ adjutorio subiecti esse noluerunt. Hinc illi Deum è libero arbitrio, isti Christum per crucem ex mundo, hi IESVM seu Salvatorem ex Ecclesia sustulerant: Omnesque suum vel sapientem vel Pharisæum, vel perfectum ad omnem omnino virtutem atque impeccantiam sufficere arbitrantes, ipsi sibi tanquam primogeniti Satanae persuasoris sui & apertis oculis scientes bonum & malum certatim se Deos esse non tantum voluerunt sed etiam nonnulli blasphemando dixerunt. Quo meracissimo vino inebriati Pelagiani, superbiã istam alia superbiã volentes tegere, eam turpius denudarunt. Cum enim ab eis quæreretur utrum ipsi essent illi perfecti, angelici atque divini viri qui sine ulla peccati macula aut ruga viverent, se peccatores esse ficta humilitate respondebant cum tamen se *Santos Epist. ad B esse, ut advertit Hieronymus, & omni peccato crederent, cavere vellent intelligi.* Vnde Augustinus: *Propter humilitatem ego mentiris? Quam superbissimam hypocrisis eis nonnunquam exprobrat: Dolus inquit, abundat in ore vestro. Vbi e. 3. enim virtus non est & tanta iactantia est, hypocrisis est.* Et paulò superius loco citato contra Iulianum: *Dolus est in ore vestro sive peccatores vos esse dicatis & iustos credi velit, sive profiteamini perfectionem iustitiæ quam profecto in vobis non esse sentitis.* Sed hæc de superbiã Pelagianorum sufficiant.

FINIS.

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS
DE HÆRESI PELAGIANA
LIBER QUINTVS.

Quo continentur tres primi status Pelagianismi.

PRÆFATIO.



NUNC ad cardines ipsos Pelagianismi propius accedendum est, & in medium proferenda lustrandaque dogmata de Dei gratia, propter cuius negationem potissimum innotuerunt Pelagiani & ab Ecclesia separati sunt. Quod ut majori luce fiat diversi status istius hæreseos distinguendi sunt, accurateq; annotandum, quomodo diversis coloribus eandem errorum suorum impietatem palliando, à seipsis paulatim in multis discrepare visi sint, ac tandem in nonnullis articulis semi-Pelagianismi vultum induerint.

Primus